This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Mason
P. 78.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LAUDENSIUM EPISCOPORUM SERIES

A FERDINANDO UGHELLIO

Primum contexta

DEINDE

A NICOLAO COLETIO

Aliquantulum aucta

NUNC TANDEM

A FRANCISCO ANTONIO ZACCARIA

SOCIETATIS JESU PRESBYTERO
ATQUE ATESTIAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO

Restituta & emendata, pluribusque nondum editis documentis locupletata

ADCEDIT DUPLEX DISSERTATIO

Altera de Laudensis Urbis originibus, dignitate, ac fatis; altera de Laudensis Episcopatus initiis, ac viciſſitudinibus.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

MEDIOLANI.]o[MDCCLXIII.
Apud Joſeph Galeatium. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Illustrissimo ac Reverendissimo
LAUDENSIUM EPISCOPO
JOSEPHO GALLARATO
Mediolanensi.

Franciscus Antonius Zaccaria S. I.
Felicitatem.

Habes hic, Praesul Amplissime, quam emendare me, atque amplificare jussisti, Ughellianam decessorum tuorum seriem. Vel uno

Digitized by Google

uno hoc nomine tua esse debuerat, ac tibi potissimum inscribi. Quid? quod ut prodiret in lucem, tua fere effectum est liberalitate. Quae quidem non eo dico, ut qui illam legerint, intelligant omnes, non potuisse me, quin quidquid id est operis, sub tuo nomine in vulgus emitterem (quotus enim quisque est, qui Laudensem Antistitem, ut quae indicabam, deessent cetera, commentarios de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus suo veluti jure sibi vindicare non agnoscat?) sed ut tute ipse a singulari illa animi tui modestia, qua honoris, ac laudum tuarum ar-

argumentum refugis omne ac plane abhorres, veniam mihi non difficile impetres tam debitae nuncupationis. Vides nihil a me de spectatissimi generis tui nobilitate, nihil de tuis sanctissimis moribus, nihil de summa atque Apostolico aevo dignissima vigilantia, nihil de patria in pauperes caritate, nihil de singulari tua in societatem meam benevolentia commemorari: haec levissimo calamo vel in ipso opere adtacta a me fuisse comperies; nam & argumenti necessitati inserviendum fuit, & virtuti tuae dandum quod maxime licuit. Unum

Digitized by Google

id (ajo iterum) a te animadverti velim, librum hunc, qui tuus multis nominibus sit, non licuisse mihi alteri quam tibi inscribere. Patere igitur lubens, volensque, ut qualecumque hoc extet meae in te observantiae argumentum, meque ac societatem meam, qua hactenus, benignitate fovere ac complecti ne desinas. Dabam Mutinae ex nostro S. Barptolemaei Collegio XVI. Kal. Septembres A. Vulgaris Aerae CIↃIↃCCLXIII.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI ANTONII ZACCARIAE S. I.

PRAEFATIO.

TRaeter Ughellium de Laudenſibus Epiſcopis multos invenio pertractaſſe. Nam Defendens Laudius eorum Indiculum texuit, qui cum Dioeceſana Michaelis Angeli Seghitii Synodo prodiit a. MDCXIX., immo & uberiorem de iiſdem tractationem adgreſſus fuerat, quemadmodum ex ejus Manuſcriptis libris conſtat qui in Bibliotheca Laudenſium Patrum Oratorii S. Philippi Nerii adſervantur. Poſt Defendentem Sigiſmundus Bettius Rector Paroecialis Eccleſiae Saleranenſis Laudenſium Antiſtitum tabulam uno folio comprehenſam, & ad Epiſcopum Geram cui & illam inſtripſit, a ſe perductam a. 1628. *divulgavit. Praeterea Alexander Ciſerius Laudenſis Presbyter in libro, quem a.* 1732. *e Mediolanenſibus praelis in lucem emiſit praenotatum* Giardino Iſtorico Lodigiano p. 238. *Epiſcoporum Laudenſium nomina, rerumque ab illis geſtarum epitomen exhibuit, ubi etiam eorum vitas a Canonico Paullo Aemilio Zanio perſcriptas appellat. Tandem in poſtrema Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Gallaratii Dioeceſana Synodo illorum indiculus ad noſtra tempora proſtat. Hos ego duces in ſuſcepto labore habuiſſe me non invitus profiteor. Ce-*

Digitized by Google

terum quemadmodum in Cremonenſibus, & Piſtorienſibus Epiſcopis a me factum eſt, ita & in Laudenſibus Ughellium meis additionibus emendatum atque locupletatum recudam. Id certe ſi quando Ughellii Italia ſacra *typis tertio commiſſa fuerit, novo inſignis hujus operis editori multo utilius futurum videtur, quam ſi univerſam Laudenſium Antiſtitum ſeriem meis ipſe verbis reſtituerem. Neque vero hominis de Italia optime meriti labor inutilis reddendus eſt, ſed grate quoad fieri poteſt animo perficiendus. Neque propterea Gradonico qui Brixiam ſacram, aut Sartio qui Eugubinos Epiſcopos magna eruditione illuſtrantes aliam viam inierunt quis ſuccenſere mevelle ſubſpicetur. Abſit hoc a me, qui tantum ab eorum doctrina abeſſe me ſentio quantum a Gigantis ſtatura pygmaeus diſtat. Hoc unum ajo, ad Ughellianam Italiam ſacram a mendis purgandam ſupplendamque opportunius mihi videri Ughellii textum exprimere ſubiectis quae fieri poſſunt ſive emendationibus, ſive acceſſionibus, quam novum omnino opus moliri. Ceterum qui aliter ſentiunt, dum ſectatorem me ſuum neminem velint, reprehenſorem non metuant.*

LAU-

Digitized by Google

LAUDENSES EPISCOPI

FERDINANDI UGHELLII

Proemium.

AD ripam Addae fluminis in Inſubria Laus Pompeja nobilis civitas ſita eſt, tribus tantum milliaribus diſtans ab ea, quam olim priſci, in quibus praecipue Plinius, Laudem Pompejam appellare ſolebant. Illuc enim, narrat Panvinus, Cneum Strabonem Pompeium, M. Pompeij parentem Romanorum coloniam deduxiſſe, ac ſubinde Julium Caeſarem Dictatorem Romanae civitatis jure donaſſe; ut in Tribum Pupinianam cederet, quod etiam ex antiquis lapidibus elicitur. Eandem a Tiberio Caeſare, Druſoque F. aedificiis fuiſſe exornatam, alii teſtantur lapides. De eius civitatis initiis diverſorum opiniones adfert Leander Albertus, in quibus illa creditur vero propior, quae a Gallis Boiis fuiſſe aedificatam affirmat, Tarquinio Priſco Romae regnante. Eam Mediolanenſes a fundamentis exciderunt anno 1119. ut Merula, Coiruſque ſcribunt. Quam deinde Fridericus Barbaroſſa tribus milliaribus procul ab antiquae ruinis, an. 1158. reaedificavit, Sigiberto auctore, compulitque diſperſos cives a ſe quampluribus exornatos privilegiis novam frequentare civitatem. Tam vetus, quam nova Lauda poſt Rom. Imperium, eorum ſubiit dominatum, quos caeterae Inſubriae urbes agnoverunt, nonnumquam propriis uſa legibus cum libertate, vel

ſuorum

Digitized by Google

ſuorum Epiſcoporum, vel magnatum praefectura. Huius duorum circiter milliarium ambitus aedificia tum publica, tum privata, ampliores, & rectas vias, arcem praevalidam, prae caeteris autem conſpicua templa complectitur quibus eximius clericorum coetus deſervit. Eam non modo ſecularium, ſed quatuordecim ordinum regularium, nec non ſanctimonialium, ac piarum mulierum coenobia duodecim, & octo laicalium Scholarum, aliaque pia loca nobilitant. Maxime vero conſpicua ſunt, praeter Cathedralem, collegiata S. Laurentii cum Praepoſito, ſeu canonicis atque aliis miniſtris, & praeclara S. Mariae Coronatae, quae octogona ſtructura, ſub teſtudine plumbo contexta, & marmoreo ſtratu undique aureo collucet, ac pretioſiſſimis picturis decoratur, in qua quotidie per octo Capellanos amovibiles horae Canonicae recitantur, & miſſae decem, computata majori, celebrantur, quae Eccleſia ex indulto Sedis Apoſtolicae gubernatur a laicis, eſtque frequenti populi concurſu admodum celebris. Sunt praeterea praepoſitura S. Jo. in Vinea Ord. Humil. Prioratus S. Marci, & Abb. S. Marci, eſt etiam in civitate hac conſortium ſeu congregatio totius Cleri ſecularis, & cui plures redditus relicti fuerunt cum certis oneribus celebrandi miſſas, & anniverſaria, ac diſtribuendi certam quantitatem panis ſingulis hebdomadis quadrageſimae, nec non dotes pauperibus puellis tradendi, aliaque pia opera faciendi. Divae Coronatae adiacet preclarus Mons pietatis a nobilibus adminiſtratus. Xenodochia pariter plura habet, ſed inſigne cernitur, quod maius nuncupatur tum ſtructura, tum redditibus, tum regimine, unde

cum

Digitized by Google

cum pluribus aliis caeterarum Civitatum poteſt comparari. Ejus agri dimenſio in longitudinem milliarium circiter quadraginta protenditur a finibus Mediolanenſibus ad Cremonenſes, latitudo ubi major a Papienſibus ad Cremonenſes quindecim non excedit, tamque brevi terrarum ſpatio ſupra nonaginta mortalium millia numerantur. In civitate, & ſuburbiis degentium ad quatuordecim millia cenſentur. Populus Catholicus, & pietati deditus, ſuoque Paſtori obſequentiſſimus. Sunt in ea civitate Parochiae 17. De ejus ſemel, & iterum iterata aedificatione, (c) deque origine, magnitudine, nobilitateque Defendens Lodius (d) egregie retulit in Hiſtoria eiuſdem Civitatis, additque illam ab Alumnis S. Barnabae Apoſtoli hauſiſſe evangelium, iiſdemque temporibus Paſtoris imperio paruiſſe, tametſi ante annum 305. nulla illorum Praeſulum occurrat memoria (e). Metropoli Mediolanenſi ſubiecta eſt in ſpiritualibus, veneratur politicos faſces Regis Hiſpaniarum, tanquam membrum Mediolanenſis Ducatus (f). Pulcherrima Cathedralis illi eſt, Deiparae Virgini in Coelum Aſſumptae conſecrata. Quatuor dignitatibus gaudet, Praepoſitura, Archidiaconatu, Cantoratu, atque Archipresbyteratu cum quatuordecim canonicis, quorum unus curam exercet animorum, pluribuſque aliis clericis. Civitas eſt opulenta, pulchra viriſque nobilibus claris in pacis, bellique artibus nulli ſecunda. Ager omnium finitimorum fertiliſſimus, omnium Scriptorum calculo beatiſſimus. Sanctum Baſſianum Epiſcopum pro Tutelari Divo veneratur, Sanctos Julianum, Titianum, Albertumque Praeſules, Martyrem vero Danielem, & Gualterium confeſſo-

Digitized by Google

feſſorem cum aliis beatorum nomine habitis honorat. S. Savinam (g) ex vetuſtiſſima Triſſina familia, quae SS. Naboris, & Felicis corpora curavit poſt eorum martyrium, Diocletiano Imperat. civem ſuam agnoſcit. Dioeceſis Laudenſis ſatis ampla eſt, & finitimas attingit Dioeceſes Mediolanenſem, Bergomatem, Cremenſem, Cremonenſem, Placentinam atque Papienſem. Sunt in ea oppida permulta, & parochiales Eccleſiae 85. Harum rectoribus novem praeſunt Vicarii Foranei. Virorum coenobia quatuordecim, ſanctimonialium duo, Abbatiae in commendam conferri ſolitae duae, & prioratus unus. Laudae veteris annui cenſus ſex millia ſcutatorum Germanico Almae Urbis Collegio unita, & Abbatia Cornu iuvenis Ordinis Ciſtercienſis, & prioratus S. Pauli. Taxatur haec Eccleſia in flor. 150. in lib. Camerae (h). Caeterum qui in ea ſede Praeſules floruerunt ſunt qui ſequuntur.

In Ughellii Prooemium

ADNOTATIONES.

(a) Quatuor circiter paſſuum millibus vetus Laus Pompeja a nova diſtabat; unde cum Tabula Peutingeriana, tum Antonini itinerarium XVI. paſſuum millia a Laude Pompeja Mediolanum numerant. Hodiedum exſtat vicus, qui vulgo *Lodevē*, ſeu, uti recte ex Holſtenio monuit Cellarius *Geogr. ant. lib. 2. cap. 9. ſect. 1. q. 105.*, *Lodi vecchio* appellatur. Ibi veteris ampliſſimae Urbis paſſim veſtigia cernere eſt.

Pupi-

Digitized by Google

(*b*) ***Pupiniam*** lege ex lapidibus. Ceterum de tribu cui Laus Pompeja adſcripta fuit, infra agam *Diſſ. I.*

(*c*) De his omnibus plura mox *Diſſ. I.*

(*d*) Liber Defendentis Lodi inſcribitur: *Diſcorſi Iſtorici intorno la Città di Lodi*, edituſque eſt Laude a 1629. 4. Plura ad Laudenſem hiſtoriam pertinentia paraverat, quae MS. exſtant in Bibliotheca Patrum Oratorii S. Philippi Nerii.

(*e*) Vide Diſſertationem II.

(*f*) Auſtriacis Principibus paret, ex quo Mediolanenſis regio in eorum ditionem conceſſit, Hiſpaniarum Regno ad Philippum V. Borbonium translato.

(*g*) De ea Bollandus 30. Januarii, quo die praeclariſſimae feminae memoria in Romano Baronii martyrologio conſignatur.

(*h*) Cenſus, quos olim Romana Eccleſia ex Laudenſi derivabat, habes in *libro cenſuum Romanae Eccleſiae* a Centio Camerario ſub annum 1192. compoſito, editoque a Cl. Muratorio *T. V. antiquit. Italic. med. aevi col.* 868. *ſeq.*

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO I.

De Laudensis Urbis originibus, dignitate, ac fatis.

CAPUT I.

Laudensis Urbis origines, nomen, situs, jus, tribus, amplitudo.

I. ANtequam de Laudensis Urbis Episcopis adgredior dicere, pauca de ipsa Urbe, quemadmodum rerum ordo postulat, nondum fortasse satis enucleata discutere visum est. Atque ad Laudis Pompejae origines, quae primum omnium explicandae sunt, quod spectat, ceterorum, quae Defendens Laudius in Italicis quibusdam exercitationibus operose collegit, commentis missis, audiamus Plinium lib. III. cap. XVII. scribentem, *Boios trans Alpes profectos*, quum primum scilicet Alpes transgressi fuere, nec trajecto Pado sedem aliam, fixamque amnem inter & Apenninum delegerant, *Laudem Pompejam condidisse*. Porro quo loco condiderint, non difficile est divinare. Nam Itineraria Mediolano Laudem Pompejam XVI. millibus passuum abfuisse produnt; quod scilicet passuum millia Mediolanum inter & vicum *Lodi vecchio* nuncupatum intercedunt; ut in vico illo, proximisque agris antiquam Bojorum Laudem

Digitized by Google

constitisse nullus dubitem. *Quod nomen Gallicum hujus oppidi fuerit, ignoratur*, inquit Cellarius *Geogr. ant. lib.* II. *cap.* IX. *sect.* I. *num.* 105. Ejusmodi tamen fuisse conjicio, quod latine *Leus* redderetur, non enim Romani, quum in oppidum quodpiam Coloniam deducerent, priscum loci nomen continuo immutabant, sed retentum ad latinas leges conformare plerumque consueverant.

II. *Pompejae* autem cognomen a Cn. Pompejo Strabone Magni patre accepit, qui *Transpadanas Colonias deduxerat*, ut ex Asconio Pediano discimus *in Pisonianae Commentario*. Nam etsi eos non probat Sigonius *de antiquo jure Italiae lib.* III. *cap.* II., qui Laudem Pompejam inter Transpadanos numerant, conjectura tamen ex ipso nomine concepta, Pompejum cum Transpadanis Laudem quoque Coloniis adscripsisse possumus adfirmare. Anno circiter Urbis conditae DCLXVI. id contigit. Nam (quod a Cl. Scipione Maffejo scite observatum reperio *Veronae Illustratae lib.* IV. *col.* 66.) post gestum a. DCLV. Consulatum Pompejus Colonias istas deduxit, quo tempore Proconsul in Transpadanis partibus agebat. Quare quum biennio post Consulatum fulmine tactus Pompejus interierit, illud superest, ut anno circiter DCLXVI. Transpadanos in Coloniarum Censum retulerit. Pergit porro Asconius, & quae Pompejanarum Coloniarum ratio fuerit, in haec verba describit: *quas* (Colonias) *non novis colonis constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possint habere jus, quod ceterae Latinae Coloniae, ideft ut petendi magistratus gratia Romanam Civitatem adipiscerentur*. Hoc igitur jure Laus quoque donata fuit. Transpadanorum quoque fortunam

sequuta

sequuta in Romanam Civitatem adsita est. De tempore satis non constat. Id saltem factum, quum Transpadanos omnes Caesar in prima dictatura, Dione teste, civitatis, atque adeo suffragii jure donavit.

III. Nunc in qua tribu post civitatem donatam suffragium Laus tulerit, inquiramus; veterum autem lapidum auctoritate utamur. Defendens Laudius *Dissert.* III. *p.* 132. hanc profert epigraphen, quam Gruterus quoque exhibet p. MXCVII. 4.

M. MINITIO M. F. PVPIN. ANNIANO
FLAMINI DIVI VESPASIANI
SEVIRO TVRMAE V. EQVIT. ROMAN.
X. VIR. STLIT. IVDICAND.

Pupiniam heic vides Tribum. Memini, me in *Excursum Litterariorum per Italiam vol.* I. *p.* 208. Ticinensem hujusmodi lapidem prodidisse.

T. DIDIO M. F. PAP.
PRISCO
III. VIRO CAPITALI. SEVIR
TVRM. V. EQVIT. ROMAN.
TRIB. MILIT. LEG. III. AVG.
Q. PROPR. PROVINCIAE
GALLIAE NARBONENS
TRIB. PLEBIS. PRAETORI
MVNICIPII PATRONO
T. DIDIVS HERMIAS
INDVLGENTISSIMO PATRON.

Digitized by Google

Quem ego lapidem heic non ea de causſa memoro, ut *Seviri*, ſeu *Praefecti turmae quinctae Equitum Romanorum* munus a M. Minitio geſtum eodem T. Didii Priſci Seviratu confirmem: (Quam in rem ſi ad exempla liberet excurrere, L. Flavium. L. F. Out. Savium VI. VIR. TVRMAE I. EQVIT. ROMANOR. in Inſcriptione, a Maffejo adlata *Muſ. Veron. p. CCLII.* 3. commendatum indicarem); Verum eo epigrammatis hujus commemoratio ſpectat, ut quemadmodum, qui illud ante me, licet non ſine vitio ediderat, Cl. Muratorius *p. MCXIX.* 4. proferre ſe dixerat, ut *quae vera fuerit Tribus, cui erat adſcripta Ticinenſis Civitas* (Papia nempe) *agnoſceretur*, ita miraretur nemo, ſi Minitiani lapidis praeſidio fretus Pupiniae Tribui Laudenſem fuiſſe urbem adnumeratam ipſe adfirmavero.

IV. Quamquam & alii lapides non deſunt, qui idem confirment. Duos reddo a me ex marmoribus ipſis diligenter deſcriptos. Primus hic eſt.

L. CASSIO. L. F. PVP.
RVFO VI. VIR CARPEIAI. C. I
RVSTICAI
PARENTIBVS
C. ABLIAI. C. L.
VXSORI
L. CASSIVS L. F. P. I
CIVIS
VIVIR. IIIIVIR

Mire depravatum hucce elogium hactenus prodierat apud

Digitized by Google

Laudium *Dissert.* III. *p.* 131. Fabrettium *p.* 613. *n.* 106., & Muratorium *p.* 687. 6. Nec est cur in eo interpretando diutius immorer, planus enim est ejus sensus: *Lucio Cassio Lucii Filio Pupinia* (ex Tribu scilicet Pupinia) *Rufo Seviro, Carpejae Caji Libertae* (sic enim refingendam extremam litteram nonnihil abrosam, non vero, uti apud Muratorium legitur, in F. commutandam ex Aeliae C. L., quod sequitur nomine, conjicio, suadent etiam litterae ipsius marmori insculptae vestigia) *Rusticae Parentibus Cajae Aeliae Caji Libertae Uxori Lucius Cassius Lucii Filius poni jussit Civis Sevir, quartumvir*. Fateor tamen, non satis percipere me cur heic *Civis* nomen inscriptum fuerit, ac nisi ocularis, atque ea quidem iterata marmoris inspectio de vera lectione me dubitare prohiberet, Muratorio PVP. seu *Pupinia* heic etiam legenti lubens adsentirer. Nam quod Doniani Lapidis *CL. XV.* 37. Siglas P.I. S. interpretatus Gorius fuerit, *Pius in suos*, non putarim quempiam futurum, qui L. Cassium *Pium in Civis*, seu *Cives* heic legat; nec enim L. Cassius pro sua modestia hanc sibi laudem tribuisset, aut ubi de Parentibus, atque uxore sermo est, pietas in Cives opportune commendaretur. Sed forte totum hocce marmorarii vitium est, qui singularias P. I. in extremo lapide aut post nomen VXSORI incidendas non suo insculpserit loco Civisque L. Cassii cognomen erit. Ut ut est, de Pupinia Tribu dubitare non possumus, quam altera quoque inscriptio confirmat a Laudio *Dissert.* III. *p.* 131. & Fabrettio *p.* 407. *n.* 317. pridem adlata, sed alio quam quem in marmore habemus, versuum ordine.

Digitized by Google

C. CANINIVS C. F
PVP. SVRA VĪ VIR
SIBI ET SEXTIAE Ↄ·L — *Cajae Libertae*
IVCVNDAE
T. F. I. — *Titulum fieri juſſit.*
H. M. H. N. S. — *Hoc monumentum heredes non ſequitur.*

Ita lapis, unde Muratorium emendabis, qui *pag.* 687. 6. C. CAMNIVM heic nobis obtrudit.

V. Addatur his inſcriptio a Grutero *p.* 475. 5. tum etiam a Laudio edita *Diſſ.* III. *p.* 130.

DIIS. MANIBVS
L. TITI. L. F. PVPINIA
MACRI. VĪ. VIRI
DECVRION.
LAVDE POMPEIA
VIXIT ANNOS XXX.
TITIA. RHODOPE
MATER. ET
SALVIVS VICTOR
CONLAC. F.

Laudius legit in extremo verſu CONLOC. F. *conlocari fecit*; ſed aptius Gruterus habet CONLAC nempe *Conlactaneus*, nam hoc nomen belle reſpondet *Matris* nomini, quo *Titia Rhodope* donatur, cauſſamque aperit, cur *Salvius Victor* Titio lapidem poni juſſerit. Hoc obiter. Quod ad noſtrum inſtitutum pertinet, nihil diſertius adferri

Digitized by Google

adferri poſſet; quo in Pupinia Tribu Laudenſes ſuffragium tuliſſe comprobetur. Titius enim Laude Pompeja decurio, & ex Tribu Pupinia fuiſſe dicitur.

VI. Pupiniam Tribum hactenus Laudenſibus adſeruimus. At quid de pluribus Inſcriptionibus, quae in alia omnino Tribu illos conſtituunt? Nam primo Poblilia eos Tribus ſibi depoſcere videtur, quum in marmore quodam apud Muratorium *p.* 2040. miles occurrat. NILIVS (forte Manilius) L. F. PVBL. *victor Laud. Pomp.* ſeu *Laude Pompeja*. Verum vel typographi, vel amanuenſis vitio *Publiliam* ſeu *Pobliliam* Tribum in hunc locum irrepſiſſe crediderim pro PVP., idque eo facilius, quod eadem Tribus in ſuperiore verſu occurrat: *Aelius L. F. Publ. adjutor Alvinga*. Neque vero unus hic error eſt, qui in eo Muratoriano exemplo legatur. Quid enim Tribus VES, quae nuſquam extitit, pro VEL ſeu *velina*, cui Firmum Piceni adſcriptum fuit? Quid FAL. *Falerina* ſcilicet Tribus, Brixiae tributa, pro FAB. *Fabia*? Quid CAR. Tribus hactenus incomperta pro CAM. *Camilia*, ad quam *Piſaurum* ſpectaſſe doctiſſimus Oliverius oſtendit *Marmor. Piſaur. p.* 99.? Non ergo vitioſo huic lapidi refragari verebimur.

VII. At quid de illis dicemus, qui in Fabia Tribu Laudenſes cenſere videntur? quid de aliis, qui ad Oufentinam Tribum illos referunt? Extabant in aedibus Canonicorum Regularium S. Romani huc illuc diſperſae veteres non paucae Inſcriptiones, pleraeque etiam in domeſtico viridario rempeſtatum, imbriumque injuriis expoſitae proſtabant. Verum Reverendiſſimus P. D. Johannes Antonius Bonellius Laudenſis ejus loci Abbas

vidente me, consiliumque probante a supremo discrimine insignia haec patriae Urbis monumenta eripere, studio omni contendit. Nam illa diligentissime conquisita in atrio quodam locari, inque permanentem figi murum sapienter jussit, illud simul spectans, ut & lapidum conservationi prospiceret, nec tamen difficulter admodum legi perpendique a viris antiquitatis studiosis possent. In hac ergo collectione exstat lapis hujusmodi.

DIS. MANIB.
P. SEPVLLI
P. F. FAB
TACITI

Eamdem Fabiam Tribum videre mihi videor in hoc ejusdem collectionis fragmento.

. . . . AB LARGVS
. . . . IR
. . . . SEVERA
L. F. FIL.
L. F.
MANIBVS

Putarem enim post praenomen, nomenque Largi Fabiam Tribum, cujus litterae A B vestigia exhibent, marmori insculptam fuisse. Pro Ousentina sufficiat heic accurate ad marmor titulum exprimere a Laudio *Diss.* III. *p.* 132. & a Muratorio corrupte vulgatum *p.* 1283. 6.

C. VA-

Digitized by Google

C. VALERIVS. C. F. OVF. BROCCVS
SIBI. ET. C. VALERIO. OVF. PATRI
TESTAMENTO FIERI IVSSIT H-S CCIↃↃ
ARBITRATV VALERIAE C. F. SORORIS ET
L. MARCI. M..... RVFI

Qui extremus verſus fortaſſe refingi ſic poſſet: M. F. OVF.

VIII. Haec qui legerit, noritque contigiſſe non ſemel, ut Coloniae ab una ad aliam Tribum tranſirent, de Laudenſibus quoque ſuſpicari id facile poterit. Verum quae duae cauſſae ab eruditiſſimis viris adferri ſolent, cur Tribuum mutatio contigerit, nova ſcilicet Coloniae deductio, & Tribus cujuſpiam diſſolutio Romae ſancita, ad Laudenſes Inſcriptiones referri minime poſſunt, neque enim Laus Pompeja poſtquam a Strabone Latinae Coloniae jus habuit, Colonia iterum deducta eſt, aut Pupinia Tribus ex octo illis, ſeu decem Tribubus fuit, quae bello ſociali quum additae fuiſſent a. v. c. DCLXIV., quadriennio poſt diſſolutae fuere, ut docet in *Civitate Romana p.* 543. Onuphrius Panvinius; ſed ex antiquioribus, dum Romanae res ſteterunt, numquam ſublatis. Itaque quod ad lapides ſpectat, in quibus Fabia Tribus adſcripta legitur, non Laudenſium eſſe crediderim, ſed Brixianorum, aliorumve qui in Fabia Tribu cenſi Laudem Pompejam adierint, ibique denati ſint. Nonne Viennenſis L. Valerius Priſcus mortem Laude Pompeja oppetiit? Teſtem habeo epigraphen in eiſdem aedibus S. Romani, quae hujuſmodi eſt.

L. VA-

Digitized by Google

L. VALERIO PRISCO
VIENNIENSI (*sic.*) PRAEF.
II. COH. DVAR. TERTIAE
THRAC. ET. SECVNDAE
EQVITATVM (*sic.*) TRIB. LEG. $\overline{X}$
FRETENSIS. PRAEF. ALAE
FLAVIANAE. PRAEF. FABR.
LOC. SEPVLTVR
D. D.
PVBLICE DATVS

Viden? *Lucius* hic *Valerius Priſcus Praefectus iterum cohortium duarum, tertiae Thracum, & ſecundae equitatae* (ſic enim alia marmora loquuntur, ut Ariminenſe C. Nonii Caepiani in Gorii Symbolis Florentinis a me illuſtratum) *Tribunus Legionis decimae Fretenſis* in Gruterianis ſaxis ſaepe commemoratae, ac Trajani aevo percelebris, *Praefectus Alae Flavianae* (Flaviam alia epigrammata vocant) *Praefectus Fabrum* quum domo Viennenſis eſſet, Laude Pompeja denatus eſt, *locuſque ſepulturae decreto decurionum eſt ei publice datus*. Quidni ergo Brixianus quoque quiſpiam Fabiae Tribui adſcriptus Laude Pompeja mori potuerit?

IX. Neque vero difficile admodum foret, lapides illos Fabia Tribu notatos aliunde Laudem Pompejam deportatos fuiſſe. Exemplo rem confirmo. In citatis S. Romani aedibus haec inſcriptio proſtat.

ENΘADE

Digitized by Google



Nempe: *heic jacet Cyrillus Conſtantinopolitanus, qui Epeſtiĕteto legavit, ut hujus loci curam haberet*. Atqui hanc Inſcriptionem Alciatus in ſuo *Antiquario* Mediolani ad S. Celſi templum exſtitiſſe teſtificatur. Et mirabimur lapides Fabia Tribu praenotatos potuiſſe aliunde Laudem deferri? Sed quod de his conjectando ſolum adfirmare licet, id de C. *Valerii C. F. Ouf. Brocchi* titulo poſſum certo adſerere. Gruterus enim, qui eum *p. DCCXLIV.* 8. ſexto decimo ſaeculo protulit, Mediolani in aedibus Cichi Simonettae collocat; Alciatus quoque in *Antiquario Inſcript.* CIX. Mediolani ſe illum exſcripſiſſe perhibet. Quod ſi quis praefracte velit, Ouſentinae Tribui adſcriptos Laudenſes fuiſſe, habeat per me licet; ſed quod in ſimili argumento Cl. Oliverius *Marm. Piſaur. p.* 104. acute animadvertit, dicat is oportet, poſt Claudii nempe tempora promiſcue in qualibet Tribu Laudenſes cenſos fuiſſe, ac Pupiniam alios, alios Ouſentinam, alios etiam Fabiam Tribum profeſſos; *comitiis enim*, inquit

quit Oliverius, *ſuffragiiſque penitus ſublatis, quum Tribus Cives Romani honoris dumtaxat cauſſa profiterentur, non eſt cur miremur pro illorum arbitrio plerumque additam fuiſſe.*

X. Age. Pauca nunc de Laudenſis Urbis amplitudine liceat differere. Non ea nempe Laus Pompeja fuit, quam nunc videmus, exigua ſcilicet Urbs, verum perampla, & aedificiorum ſplendore conſpicua. Qui circa vicum *Lodi vecchio*, vulgo appellatum hac illac diſcurrerit, ingenteſque ruinas hodieque ſuperſtites curioſe luſtrarit nae is intelliget, quanta olim Urbs illic ſteterit. Adcedit alios exſtare vicos ab eo ſatis diſſitos, quos tamen intra Urbis moenia fuiſſe contentos incolae ferunt, magno ſane ad declarandam Urbis illius amplitudinem, ac majeſtatem argumento. Tiberio imperante portam Civitatis factam docet Inſcriptio a Muratorio etiam adlata *p.* 442. 8.

TI. CAESAR AVG. F.
AVGVSTVS
DRVSVS CAESAR AVG. F.
PORTAM. F. C.

Et gemina quidem haec Inſcriptio ſupereſt in aedibus S. Romani, & in fronte domus juri dicundo, altera nempe in fronte portae ipſius, altera in averſa parte, quae Urbem ſpectabat, collocata fuiſſe videtur. Multa de hoc lapide Laudius diſputat *Diſſ. V. p.* 222. *ſeqq.* Ego ſic exiſtimo, Druſum a. Chriſtianae aerae XIV. in Pannoniam ad ſedandos militum tumultus profectum Laude Pompeja tranſiiſſe, ac Laudenſes quo novi Auguſti Tiberii

Digitized by Google

berii filium sibi devincirent, portam illam in arcus formam fieri curasse, Inscriptione posita, quae in Imperatorem, filiumque omnem egregii operis honorem derivaret. Atque id mihi eo verosimilius fit, quod neque Drusus *Consul* dicitur quemadmodum in Maffejano lapide *Mus. Veron. p.* 478. 6. Consul autem Drusus insequente anno vulgatae aerae XV. processit; neque ullus Tribuniciae Potestatis annus Tiberii titulis additur; ut decurrente primo Imperii ejus anno, qui Christianae aerae XIV. fuit, epigraphe insculpta videatur.

XI. Alia veteris Urbis monumenta ejus dignitatem testantia sequentibus capitibus reservamus. Heic pauca colligam, quae alio loco minus opportune ederentur. Ac primum occurrit ad laevam e Cremonensi porta egredientium positum marmor cum hocce titulo.

IN MEMORIAM
VIRIAE . M. F.
SEVERAE
AMICAE OPTIM
ANNIA CORELLI F.
QVINTVLA
IN PENSA . SVA
FECIT.

Digitized by Google

XII. Lectu dignior est, quem in aedibus S. Romani descripsi, titulus

D O M
L. AXIO CHARISTO
AMICO FRATRI
SODALI QVI VICSIT
ANNIS XXI DIEBVS
LIIII TE PARENTIBVS
EIVS L. AXIO CRESCEN
AXIAE TYCHE POSE
RISQVE EORVM. M.
CLAVSIVS C. L. AVDIVS
VICTOR AMICIS
BENEMERITIS

In sexto versu marmorarii vitio TE irrepsisse pro ET vides; num etiam ejusdem culpae vertenda puncta quae litteras C. L. distinguunt? Non hoc sane in veterum lapidibus insuetum, quemadmodum Cl. Lupius noster ostendit. Tum enimvero Claudius legi deberet. Sed fortassis *Caji libertus Audius* interpretari licet, quin quadratarium oscitantiae incusemus.

XIII. Brevis quoque hic titulus in iisdem S. Romani aedibus adservatur

IVLIAE
SORORI
Q. ALBINIUS

Fragmentum adde ex eadem S. Romani collectione

RNELIAE CO
E MATRI P. F

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

Veteres Laudis Pompejae Magiſtratus illuſtrantur.

I. NOn aliud Laudis Pompejae quam quod ceterarum Coloniarum, regimen fuit, Romanae ſcilicet Reipublicae imagoquaedam, atque imitatio. Decuriones primum conſiderandi ſunt, qui veluti Coloniarum Senatus erant. Ut nulla Laudenſium Decurionum certa nobis monumenta ſuppeterent, *M.* tamen *Minitii M. F. Pupin. Anniani*, quam ſuperiore capite n. 111. reddidi, Inſcriptio comprobaret. *Flamen* enim is fuit *Divi Veſpaſiani*. Flamines porro ex ordine Decurionum erant, nec prius Sacerdotio ornari poterant, quam municipiorum ſuorum munera obiiſſent, ut *L. 77. c. de Decurion.* ſtatutum reperimus. Quin etiam a Decurionibus creabantur, unde in Comenſi lapide apud Gruterum *p.* 438. 7. laudatur *L. Minucius Exoratus*.

FLAMEN. DIVI. TITI. AVG.
VESPASIANI
CONSENSV. DECVRION.

Verum non hoc conjecturis tantum agere poſſumus. Superioris capitis *num. IX. L. Valerii Priſci* titulum recitabamus, in quo *locus ſepulturae* D. D. dicitur publice *datus*, *decreto* ſcilicet Decurionum; *quotiens enim* (quod ſcite obſervavit in notis ad *Marmora Piſaurienſa p.* 2. eruditiſſimus Eques Hannibal de Abbatibus Oliverius) *publico in loco ponenda erat Inſcriptio, ſive ſacra eſſet, ſive pro-*

profana, a Decurionibus ejuſdem loci conceſſio erat impetranda. Decurionem quoque *num. V.* dedimus *L. Titum* L. F. *Pupinia Macrum.*

II. At experiamur, num Decurionem alium Laudenſem in lucem poſſimus emittere. In aedibus Parochi S. Mariae Magdalenae Laude hunc ego titulum deſcripſi a Gruterο *p.* 43. 8. non ſine gravibus mendis exhibitum.

HERC. SAC.
CVMAS CARPIVS
VI.VIR. SEN
TI. AVG. C. D. D.
ORNAM. DEC.
AB. ORD. SPLENDID.
M. M. HONOR
CVMMAS CARPIO
FESTO FILIO
EQ. R. EQ. P.
VI.VIR. IVN. DEC.
VOT. SOL.

Difficillima ſane Inſcriptio, quam niſi oculis meis ipſe diligenter luſtraſſem, ſpuriis fortaſſe adcenſerem. Sed de ejus veritate dubitare non licet, Quid ergo? An non monſtri ſimile videatur epigramma, quod votivum primus, & extremus verſus prodit, ceteri elogium quodpiam; aut etiam funereum titulum indicant? Hoc primum in eo perpendendum. Octavus tamen verſus difficultatem mea quidem ſententia amovet. Quod enim illud *Cummas* M. littera compendio in marmore geminata; quamvis

quamvis Laudius *Diſſ.* 111. *Cumas* ſimplici M. heic quoque ſcribat, ut in ſecundo elogii verſu? Niſi vehementer fallor, quadratarius Syllabam CV. imprudens omiſit; ſcribendum enim ei fuerat CVM CVMA; contra S. litteram addidit, quod ſuperius CVMAS incidiſſet, non animadvertens ibi nominandi eſſe, heic auferendi caſum. Heinc porro fit, lapidem Herculi votivum omnino fuiſſe, nihilque aut elogii aut funerei epitaphii continere. At quis tituli ſenſus? Quid ſingulariae ſignificant? In hoc ſecundo loco inquirendum diligentius eſt.

III. Laudius qui eumdem lapidem *Diſſ.* 111. exſcribit, ita illum interpretatur *p.* 151. *Tiberii Auguſti Caeſaris decreto donatus ornamentis decurionalibus ab ordine ſplendidiſſimo manu mancupio honoratus*. At multa in hac explanatione diſplicent. Mitto phraſim illam *manu mancupio honoratus*, ſeu in libertatem adſertus, a lapidario ſtylo plurimum abhorrere. Quid opus Tiberii decreto, ut Decurionalibus ornamentis Cumas honeſtaretur? Libertus erat, inquit Laudius. Demus, quod tamen ex una Laudii ipſius interpretatione proficiſcitur. Libertine ad Decurionalia ornamenta impetranda abſque Principis nutu minime idonei erant? Id ſane ſibi Laudius fingit, vel ignorans, vel non animadvertens Libertorum ſub Caeſaribus potentiam, ut fere eorum arbitrio Romanum regeretur imperium. Praeterea nihil in lapidibus uſitatius *Ordine ſplendidiſſimo* alicujus Coloniae; verum cujus Coloniae is ordo fuerit, continuo additur, ut in Inſcriptione a V. C. Philippo a Turre prolata *Monum. Vet. Antii p.* 359. *Splendidiſſimus Ordo Aquilejenſium, Ordo Narnienſium* apud Fontaninium *de antiquit.*

Digitized by Google

Hortae p. 71. *Ordo Vocontiorum* in Gruteri Theſauro *p.* 484. *Ordo Municipii Puteolani* Novi Theſauri Muratoriani *p. MCXV.* 7. &c. Cur ergo contra conſtantem ceterorum lapidum morem, cujus Urbis *ſplendidiſſimus* hic *Ordo* fuiſſet, in Laudenſi marmore praetermiſſum dicamus? Sed & illud contra lapidum auctoritatem eſt, *Tiberium Auguſtum Caeſarem* dici: *Tiberius Caeſar Auguſtus*, vel *Auguſti* F. ſcribi conſuevit.

IV. Aliam ergo difficillimi epigrammatis explanationem tentemus. Haec mihi occurrit, de qua penes eruditos viros judicium eſto. *Herculi ſacrum. Cumas Carpius Sevir Senior* (de TI. infra dicam) *Auguſtalis Coloniae decreto Decurionum, ornamentis Decurionalibus ab ordine ſplendidiſſimo Municipii Mediolanenſis honoratus, cum Cuma Carpio Feſto filio Equiti Romano equo publico Seviro Juniore, Decurione, votum ſolvit.* Singula quae difficiliora ſunt, enucleemus. *Sevirum Seniorem* dixi Cumam, quo de munere infra copioſe differam. Ad Siglas TI. quod ſpectat illarum vim me non ſatis adſequi fateor. Quid tamen ſi non TI. ſed TE pro ET ut in lapide, quem ſuperiore capite *n.* 12. dedi, primum inſculptum fuerit? & crura deinde ac mediam lineam temporum injuria deleverit? Certe heic Gruterus legit ET. Sed (quod mihi multo veriſimilius) quemadmodum TE pro ET ſupra irrepſit, ita heic TI pro IT ſeu *iterum* inciſum fortaſſis fuit, Sevirorum enim dignitas iterari conſueverat; unde *Sevir Junior iterum Auguſtae Praetoriae* apud eumdem Muratorium *p.* 1031. 3. ut alia mittam quae Fabrettius in hanc rem congeſſit *p.* 402. *ſeq.* Niſi ſi quis malit ſuperiorem litterae T. lineam ad ſequentem litteram

ram extendi debuisse, ac duas unitates nobis heic exhiberi linea ex more superducta, sed nimis a quadratario depressa, atque contractiore quam insculpi debuerit, notatas, quae etiam *iterum*, seu *secundum* significent. Nulla tum difficultas supererit. Augustales Coloniarum e Gruteriano Indice notissimi sunt, iique Decurionum decreto constituebantur: Planissimus ergo siglarum AVG. C. DD. sensus est: *Augustalis Coloniae decreto Decurionum*.

V. At fortassis alicui magis placeat interpretatio, quam eruditissimus P. Gaspar Odericus Societatis Nostrae Roma ad me perscripsit Kalendis Septembribus. Putat ille Legi haec posse Tib. AVG. C. nempe *Tiberii Augusti Comes*. *Comes Imper.* occurrit in Gruteri Thesauro p. CDLXV. 3. *Comes Augg.* ibid. p. CDVII. 2. L. *Salpejo Comiti Tib. Caes. Aug.* ibid. p. CDXLVII. 4. Forte etiam, inquit ille, explicari singularia C. posset *Candidatus*. *Candidati Principis* ab Ulpiano memorantur *L. 1. de Off. Quaest. Candidatus Aug.* legitur apud Gruterum p. CDLVI. 4. Ingeniosa haec fateor sunt, & mihi etiam probarentur maxime, si vel *Comitis*, vel *Candidati* nomen una singularia C. insculpi potuisse mihi persuaderem, nomen scilicet non adeo usitatum, nec tam facile divinandum. Si tamen quis alterutram Interpretationem amplectatur, siglas DD. ad sequentia referat, quibus significetur *Decreto Decurionum* fuisse Cumam Carpium *ornamentis decurionalibus ab Ordine splendidissimo Municipii Mediolanensis honoratum*. Celebre enimvero est in lapidibus Municipium Mediolanense, cujus Ordo splendidissimus, nempe Decuriones & quasi Senatus Orna-

mentis decurionalibus Cumam honoravit, seu Decurionem honorarium dixit. Similis est Nemausensis epigraphe a Maffejo in *Antiquitatibus Galliae p.* 65. descripta.

DIS MANIB
FIRMI LVCANI L.
IIIIIIVIR AVG
ORNAMENTIS
DECVRION NEMAVSI
HONORATO

En Libertum ornamentis Decurionalibus honoratum sine ullo Principis decreto, quod fieri posse Laudius negabat. Porro hujusmodi Decuriones etiam *ornamentarii* quasi *ornamentis tenus* vocabantur. Accipe Gallicam aliam Inscriptionem ex Maffei *Antiquitatibus Galliae p.* 66.

IIIII VIR AVG
ET DECVRIONI
ORNAMENTAR
IVLIO AEMILIO
ANICETO ET
IVLIAE THEOPILE
V S. P

Ne autem mirere Sevirum Laudensem a Mediolanensi Municipio inter Decuriones ornamentarios (jam enim hoc vocabulo uti liceat) adscriptum fuisse; habeto heic ex eodem Maffejo *p.* 61. unum in altera Colonia Decurionem pleno jure, in altera insignibus tantum Decurionatus honestatum. M. VE-

Digitized by Google

M. VERII . VICTORIS
DECVRION. COL
IVL . AVG . APOLLINAR
REIOR . ITEM . COL
AVG . NEM . ORNAM.
VIVOS SIBI ET SVIS
FECIT

Hic nempe Decurio fuit Coloniae Juliae Auguſtae Apollinaris Rejorum, ſimulque Decurio Coloniae Auguſtae Nemauſenſis ornamentarius. Cetera commentario non indigent, & quod ad equum publicum ſpectat, quo Feſtus Eques Romanus erat, illud exploratum eſt, eos Equites Romanos equo publico dictos fuiſſe, quibus a Cenſore, vel Imperatore equus publicus, ſtipendio ſcilicet ad eum alendum adſignato, datus fuiſſet, quemadmodum a Cl. Oliverio in *Marm. Piſaur. p.* 104. notatum reperio. Sed ut ad Decuriones, quorum cauſſa diſputata haec ſunt, oratio revertatur, Decurionem habemus Laudenſem eumque ex ordine Equeſtri *Cumam Carpium Feſtum*.

VI. E Decurionibus in aliis Coloniis Duumviri, in aliis Quatuorviri deligebantur, quorum erat cauſſas ad Decuriones referre, & eorum ſententias rogare. In Laudenſi Colonia Quatuorviri jus dicebant. Recole Inſcriptionem, quam ſuperioris Capitis num. IV. exhibui, in ea enim L. Caſſius IIIIVIR dicitur. Alium Laudenſem quatuorvirum protulit eruditiſſimus Fabrettius *p.* 407. C. *Cornelium Rufum*, cujus mancam hanc epigraphen Holſtenii Schedae ſervarunt:

Digitized by Google

C. CORNELIO
CN. F. RVFO
PATRONO
VI. VIRO. IIII. VIRO
LAVDE. ET. SIBI
C. CORNELIVS
. . . . . .
. . . . . .

Tertium ſequente numero dabo *T. Mutium T. F. Gracilem*. Interdum in Coloniis ut oſtendit Cl. a Turre *p.* 360. Conſules reperiuntur, ſive pro Duumviris, & Quatuorviris crearentur, (quod Noriſio viſum eſt) ſive horum qui primus eſſet, Conſulis nomine denotaretur, ſive praeter Duumviros, Quatuorvirosque Conſul aliquis exiſteret, qui primas in Republica teneret. Nec dubitandum, quin Laude quoque Conſul Municipalis exſtiterit, ſi lapis quem Laudius adfert *Diſſ. IV. p.* 178. ad Laudenſem hominem ſpectet. Nam in eo haec leguntur:

SEX. PAPINIO Q. F
ALLENIO
TR. MIL. Q. LEG
TI. CAESARIS AVG
TR. PL. PR. LEG
TI. CAESARIS AVG
PRO. PR. COS. XV. VIR
SACR. FAC.
D. D.

Ubi

Ubi vides *Sextum* hunc *Papinium Quincti filium Allenium* fuiſſe *Tribunum Militum*, *Quaeſtorem*, *Legatum Tiberii Caeſaris Auguſti* (non *Auguſti Caeſaris*, ut quae *num.* 111. contra Laudium diximus vel heinc confirmentur) *Tribunum Plebis*, *Praetorem*, *Legatum* (ſcilicet iterum, quo enim ordine haec munera ab Allenio geſta ſunt, heic recenſentur) *Tiberii Caeſaris Auguſti*, *Pro Praetorem*, *Conſulem*, *Quindecemvirum ſacris faciundis*. *Conſulem* autem dum *Allenium* fuiſſe audis, cave credas, Romanorum illum Conſulem fuiſſe (neque enim ulla ejus mentio in Romanorum faſtis, aliiſque ſive inſculptis marmoribus, ſive manuſcriptis libris reperitur) ſed Coloniae cujuſpiam Conſulem habeto. Num autem Laudenſis Coloniae Conſul hic fuerit, inde mihi dubium oritur, quod deſcriptum elogium a Laudio quidem apud S. Florianum Laudenſis agri ponatur, ſed a Grutero *p.* 448. 9. Patavii in aedibus Benedictinorum Patrum S. Juſtinae. Quare ſuſpicio aliqua oboriri poteſt, num poſt Appianum, ex quo Gruterus illam hauſit, Patavio ad S. Florianum translata Inſcriptio fuerit? Fieri tamen potuit, ut utrobique eidem Laudenſi Conſuli tot illuſtribus muneribus perfuncto eadem plane Inſcriptio poneretur; neque id plane novum, inſolenſque.

VII. Ut ut eſt, erant praeterea Laude *Decemviri Stlitibus*, litibus ſcilicet judicandis. Ejuſmodi fuit *M.* ille *Minitius Annianus*, cujus epigramma *num.* 111. ſuperioris capitis recitavimus. Praefectos Fabrum fuiſſe aliquando Civile munus, etſi militare quoque fuit, in *hiſtor. litter. Italiae T. VI. pagg.* 200. *ſeqq.* monui. Ne Laudenſibus quidem hocce officium defuit. Lego nimirum

in Inſcriptione, quae in aedibus S. Romani etiamnum exſtat, & a Laudio *Diſſ.* III. *p.* 158. redditur,

T. MVTIO . T. F.
GRACILI
PRAEF. FABRVM
IIII.VIR . I. D
D. D. PVBLICE

Porro non Praefectus Fabrum tantummodo fuit *T. Mutius Gracil*, ſed & Quatuorvir Juri dicundo, uti nuper indicaveram. Ceterum Praefectos Fabrum Laude exſtitiſſe miretur nemo, qui etiam Collegium Fabrum ibi fuiſſe norit. Docet id lapis parum accurate ſi verſuum ordo ſpectetur, a Laudio *Diſſ.* I. *p.* 41. & Muratorio *p.* 520. 2. deſcriptus, & in principe Laudenſi Templo e regione baptiſmalis fontis collocatus.

D. M. V. F.
L. CASSIVS
EPITYMETVS
VI. VIR . SIBI . ET
L. CASSIO OCYTI
PATRON . OPTIMO
ET ATILIAE ACTE
VXORI EIVS
QVI OCYS COLLEGIO FABR
LAVD. IN VTRVMQ. FLOREM
PERPETVO SIBI DEDVCEND
H-S ∞ TESTAMENTO LEGAVIT
VIII.

Digitized by Google

VIII. At quaeret aliquis, cujuſmodi uterque hic flos fuerit? Floribus conſpergi ſolita veterum Sepulcra nemo unus eſt qui ignoret. Ut quae doctiſſimi Viri La Cerda & Pontanus *in VI. Aeneidos v.* 881., ac nuperrime Franciſcus Eugenius Marchio Guaſchius in libro inſcripto *i Riti funebri di Roma Pagana p.* 107. *ſeqq.* hanc in rem contulerunt, miſſa faciam, in Inſcriptione Muſei Veronenſis *p. CCLXXIX.* 1. optat *Vibia Phryne*

ut ſint qui cineres noſtros bene floribu ſertis
ſaepe ornent.

Roſae autem cum primis tum in funeribus, tum ubi annua defuncti memoria recoleretur, deducebantur. *Flores multi ſint ſuper tumulo, non rubus horridus; ſint omnia Roſae*, legimus in Muratoriano lapide *p.* 540. 1. Alia Gruterianorum, ac Muratorianorum Indicum monumenta praetereo, in quibus Roſarum mentio occurrit. Sufficiat *Publii Virucate* P. F. *Maximi, & Valeriae Urſae* indicaſſe lapidem, *quorum ob memoriam*, ut *Muſei Veronenſis p. CXLVII.* 1. videre eſt, *Publii Virucate Maximinus & Tertius dederunt Collegio Nautarum Vico Arilica conſiſtentium ſeſtertium quatuor millia nummum, ut ex reditu ejus quotannis roſae eis deducantur*. Quin ob Roſarum deductionem annua illa funeris memoria *Roſalis* dicebatur. Heinc in alio *Muſei Veronenſis* fragmento *p. CXLVI.* 3. neſcio quis eorumdem Nautarum Arilicenſium Collegio ſeſtertium duodecim millia Nummum legavit,

VT . EX . EIVS . SVM . REDITV
ROSAL. ET . PARENT. IVSTO F
IVSTAE . VXORI . ET . SIBI . OMNI
AN. IN . PERPETVOM . PROCVR.

nempe

nempe *ut ex ejus Summae reditu Roſalia & Parentalia Juſto Filio Juſtae Uxori, & ſibi omni anno in perpetuum procurentur*. Hunc quidem lapidem Cl. Editor Maffejus ſollicitat, putatque *Roſal.* pro *Roſar.*, ſeu *Roſariae coronae* inſculptum fuiſſe; ſed nulla hujus correctionis neceſſitas eſt, immo *Roſalia* legendum eſſe orationis ſeries nobis ſuadet. Itaque alterum florum in Laudenſi lapide indicatorum fuiſſe Roſas mihi eſt longe certiſſimum; de altero incertus haereo. Lilia fortaſſe fuerunt, quae Virgilius *l. c.* cum purpureis floribus conjungit

Manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores.

At hyacinthos funereis floribus Propertius adcenſet *lib. IV. eleg. VI.*

Hoc etiam grave erat nulla mercede hyacinthos
Injicere, & fracto buſta piare cado.

Violas quoque commemorat S. Hieronymus *ad Pammachium* ſcribens *ep. XXVI.*, his verbis: *ceteri mariti ſuper tumulos conjugum ſpargunt violas, roſas, lilia, floreſque purpureos*. Notiſſimus tamen atque uſitatiſſimus Laudenſibus flos aeque ac Rola flos hic funereus eſſe debuit, quum in epigraphe minime fuerit deſignatus. Haec hactenus.

CAPUT III.

Laudenſium Dii ac Sacerdotia.

I. ALiqua nunc de Ethnicorum Laudenſium Religione diſſeremus. Et eos quidem Diis Romanorum cultum exhibuiſſe compertum eſt. Paucos tantum Deos heic

Digitized by Google

heic recenſebo, quorum mentio in Laudenſibus Inſcriptionibus hodieque exſtat. A Minerva ordior, cujus in aedibus S. Romani haec exſtat votiva epigraphe a Laudio jam prolata *Diſſ.* III. *p.* 140.

MINERVAE
SACR
C. CASSIVS L. F.
IVSTVS
VI. VIR AVG. ET
AELIA LOGAS

Victoriam quoque coluere Laudenſes. In iiſdem S. Romani Aedibus marmor hocce ad eam pertinens deſcripſi

L. HOSTILIVS
VRSIANVS
VICTORIAE
V. S. L. M.
ITEMQVE. LA
VDE

Mirum in modum hanc epigraphen Laudius *Diſſ. p.* 132. foedavit; Sic enim eam exhibet

L. HOSTILIVS
ORSIANVS
VICTORIAE
V. S. L. M
IN M. OVIEN
LAVDE

Heinc

Heinc autem ad Oufentinam Tribum Laudem ſpectaſſe conjicit. Multo inquinatior eadem exſtat in Muratorii *Theſauro p. XCI, 3.* ubi ceteris Laudii erroribus hic additur ORFEN. Siglas autem IN. M. *in memoriam* Cl. Editor interpretatur. Sed legitima marmoris lectio haec omnia rejici jubet. Singulariaſ igitur me vade explicabis: *Votum ſolvit libens Mediolani, itemque Laude*, ut ſenſus ſit, *L. Hoſtilium Uſſianum* cum Mediolani, tum Laude victoriae votum ſolviſſe. Atque heinc fit, non Laude ſolum, ſed etiam Mediolani Victoriae Templum exſtitiſſe, quod vir doctus Gratiolius in libro *de praeclaris Mediolani aedificiis* ignoravit.

II. Praeterea Mephitis Templum Laude, Sacrum erat. Heinc Inſcriptio, quam ex Defendente Laudio *Diſſ. III.* adtuli in diſſertatione de *Cremonae origine &c. cap. III.*

MEFITI
L. CAESIVS
ASIATICVS
VI. VIR FLAMIALIS
ARAM. ET. MENSAM
DEDIT. L. D. D. D.

Atque ex hac Inſcriptione diſcimus, Veſpaſiano e Flavia Gente Imperatori aedes Laude exſtructas fuiſſe, quod etiam ex *Minucii Fluminis divi Veſpaſiani* lapide ſupra deſcripto colligere promtum eſt. Auguſtales vero, de quibus paullo poſt, divo Auguſto Laude Templum non defuiſſe indicant.

III. Sed Templum longe celeberrimum Hercules

Laude

Laude habuiſſe dicendus eſt, ſi quae etiam num ſervantur, votiva illi ſaxa Mediolano Laudem delata non ſunt. *Cumae Carpii* Herculi Sacrum marmor ſuperiore capite *num.* 11. dedimus. Aliud fere exeſum in D. Antonii Berinzagae domo ſic habet

HERCVLI
L. VALERIVS
T.... TIVS
V. S. L. M

ubi *Tertius* legendum, quemadmodum in Muratorii Theſauro *p.* 62. *n.* 2. Laudius *Diſſ.* 111. *p.* 159. Tertium addit e Cyriaci Schedis

HERCVLI VICTORI
V. S. L. M.
MOCHETICVS
MERCATOR

Tria haec ſaxa ad Laudenſem Herculem pertinuiſſe non eſt, cur dubitemus. Quae quatuor ſequuntur ad Herculem, cui Templum Mediolani ſacrum fuiſſe Gratiolius pluribus oſtendit *p.* 61. *ſeqq.*, omnino referri crediderim. Duo ex ipſis autographis, quae apud aedes S. Romani exſtant, reliqua item duo ex Laudio heic recito.

Digitized by Google

1.

HERCVLI
L.
CASSIVS
ALBVTIVS
MEDIOLANI
V. S. L. M.
L. D. D. D.

2.

HERCVLI
L. VALERIVS
SECVNDINI F.
OVF. SECVNDIN
VI. VIR. IVNIOR
ITEM VI. VIR VERCELL
ET NOMINE
L. VALERI CRISPI FILI
ET VALERI VITALIS
FRATRIS SVI
V. S. L. M
L. D. D. D.

Muratorius hoc adfert *p. LXII.* 1. immutato versuum ordine; tum accurate ad marmor *p.* 1092. 7.

Digitized by Google

3.

HERCVLI
Q. EVFEMVS. Q. F. OVF.
LVCVLLVS
AED. VI. VIR
V. S. L. M

Etiam hoc a Muratorio redditur *p. LXI. 5.* immo & a Grutero bis *p. XLIII. 10. & 9.* Fabrettius vero *p.* 409. *n.* 334. pro *Lucullo* perperam *Lucillium* obtrudit.

4.

GEMINIIVS. L. F. OVF.
MESSIVS
VI. VIR.
CVRATOR. AERARII MEDIOL.
HERCVLI
V. S. L. M.

Quod quidem Muratorius *p.* 61. diligentius in hunc modum exhibuit

L. GEMINIVS L. F. OVF. MESSIVS
VI. VIR. CVRATOR. AERARI. MEDIOL.
HERCVL
V. S. L. M.

IV. Oufentina Tribus, cui Herculis clientes isti adscripti fuere, de Hercule Mediolanensi Inscriptiones loqui satis declarat. Verum ne qui Laudem quoque Pom-

1.

HERCVLI
L.
CASSIVS
ALBVTIVS
MEDIOLANI
V. S. L. M.
L. D. D. D.

2.

HERCVLI
L. VALERIVS
SECVNDINI F.
OVF. SECVNDIN
VI. VIR. IVNIOR
ITEM VI. VIR VERCELL
ET NOMINE
L. VALERI CRISPI FILI
ET VALERI VITALIS
FRATRIS SVI
V. S. L. M
L. D. D. D.

Muratorius hoc adfert *p. LXII.* 1. immutato verſuum ordine; tum accurate ad marmor *p.* 1092. 7.

Digitized by Google

3.

HERCVLI
Q. EVFEMVS. Q. F. OVF.
LVCVLLVS
AED. VI. VIR
V. S. L. M

Etiam hoc a Muratorio redditur *p. LXI. 5.* immo & a Grutero bis *p. XLIII. 10. & 9.* Fabrettius vero *p. 409. n. 334.* pro *Lucullo* perperam *Lucillium* obtrudit.

4.

GEMINIIVS. L. F. OVF.
MESSIVS
VI. VIR.
CVRATOR. AERARII MEDIOL.
HERCVLI
V. S. L. M.

Quod quidem Muratorius *p. 61.* diligentius in hunc modum exhibuit

L. GEMINIVS L. F. OVF. MESSIVS
VI. VIR. CVRATOR. AERARI. MEDIOL.
HERCVL
V. S. L. M.

IV. Oufentina Tribus, cui Herculis clientes isti adscripti fuere, de Hercule Mediolanensi Inscriptiones loqui satis declarat. Verum ne qui Laudem quoque Pom-

Digitized by Google

Pompejam ad eam Tribum perperam referunt, ſumi a nobis quod in quaeſtionem cadit, conquerantur, animadvertant *Mediolani*, non *Laude L. Caſſium Albutium* votum ſolviſſe. Mediolanenſem porro Sevirum Vercellis quoque Sevirum fuiſſe credibilius eſt, quam Laudenſem. Nam quum Vercellae ſplendidiſſima Urbs fuerit, major Mediolanenſis, quam Laudenſis Coloniae dignitas, Vercellenſes movere facilius potuit, ut Seviris ſuis Mediolanſem potius, quam Laudenſem Sevirum adcenſerent. Adde *L. Geminium Meſſium Curatorem* fuiſſe *aerarii Mediolanenſis*; quod munus etſi Mediolanenſem hominem neceſſario non efficit, nam *Q. Obſequentius Severinus Auguſtalis Piſis*, ubi & mortuus eſt, ac propterea facile Piſanus *curator Kalendarii Florentinorum* fuit, ut in ejus epigraphe apud Fabrettium *p.* 435. legere eſt; illum tamen Mediolanenſem fuiſſe indicat; & certe probabilius eſt, Mediolanenſes aerarii ſui Kalendario, ſeu ſola publica foenori locata pecunia multo pretioſioris, cautiſſimeque cuſtodiendi curam Civi, non extero detuliſſe. Si tamen Laudenſes omnino velint, ſuum Herculem his lapidibus deſignari, non inde tamen efficient, majores ſuos Oufentinae Tribui nomen dediſſe. Tunc enim dicam, Mediolanenſem hominem Herculi Laudenſi votum ſolviſſe, quemadmodum *L. Hoſtilium Urſianum*, qui quacumque demum in urbe natus fuerit, Laudenſis ſimul, ac Mediolanenſis certe non fuit, Victoriae Mediolani, ac Laude votum ſolviſſe paullo antea intelleximus. In hanc autem Sententiam, quae Laudenſis Herculis celebritati favet, non difficilis deſcendo, quod *Caſſii Albutii* & *L. Valerii Secundini* Inſcriptiones ſaeculo

III.,

III., sub cujus finem Herculis templum Mediolani a Maximiano structum Gratiolius aliique censent, aliquanto vetustiores characterum forma prodere videatur.

V. Fortasse eidem Herculi Laudensi (Dei enim cui positum fuerit, nomen desideratur) inscriptum fuit marmor, quod heic accusatius exhibeo, quam in Laudii *Diss.* III. *p.* 139. in Fabrettii *Syntagmate p.* 675. atque Muratoriano *Thesauro p.* 123. 3. editum sit.

Q. MANLIVS
PHILVMENVS
SACERD. LAVR.
LAVIN. SIGILLVM
CVM. ARA. HVIC
T
ARAE. SVPERPOSVI
ET. SCRIPTVR. EIVS
VETVSTAT. CORRVPT
RENOVAVIT
VOTO. SVSCEPT
L. D. D. D.

Sacerdotem heic habemus *Laurentem Lavinatem*, seu sacerdotum Laurentium Lavinatium Collegio adscriptum.

VI. Votivam aliam Inscriptionem refert Defendens Laudius *Diss. VI. p.* 293. Salarani uno a Laude veteri lapide exstantem. En illam

C IMP.

Digitized by Google

IMP. CAES. AVREL. VAL.
DIOCLETIANVS
P. F. INV. AVG
ET. IMP. CAES. M. AVREL. VAL.
INV. AVG
MAXIMIANVS
P. F. VOTO
ET. FLAVIVS. VAL. CONSTANTIVS
ET GALERIVS
NOBILISSIMI CAESARES
M. P.

Itaque Laudius Diocletianum & Maximianum Laude veteri ſuſpicatur primum fuiſſe a. 289. quo Mediolanum ex Galliis eos contendiſſe Sigonius narrat *Imp. Occid. lib.* 1. de ſucceſſoribus eligendis deliberaturos; tum probabilius ait rerum eos Laude conſtituiſſe a 302. circa Majum, quando triumphaturi cum Galerio & Conſtantio Caeſaribus Romam petierunt. Deinde haud inveriſimile ſibi videri adfirmat, Maximianum, qui ſedem Mediolani fixerat, Laude veteri aedificium quodpiam voto ſuſcepto excitaſſe, quod ceterorum Imperatorum, & Caeſarum nomine dedicarit. Laudium in deſcribendo lapide imitatus Auctor libri inſcripti *Giardino Lodigiano*; Siglas autem P. F. interpretatur *publico fecit*, ſingulariter M. P. *Maximi Principis*.

VII. Cl. Muratorius *p.* 461. 7. qua erat ingenii acie, mendum in ea verba *voto* irrepſiſſe feliciter ſuſpicatus eſt, ac legendum INV. AVG. felicius conjecit. Sed alia quoque emendanda erant. Dabo ipſe lapidem a me diligenter collatum. IMP.

Digitized by Google

IMP. CAES. AVREL
DIOCLETIANVS . P. F. INV. AVG. ET
IMP. CAES. M. AVREL. VAL.
MAXIMIANVS P. F. INV. AVG. ET
FLAVIVS VAL. CONSTANTIVS. ET
GALERIVS . . . . . *Val. Maximianus*
NOBILISSIMI . CAESARES
M. P. . . . . .

Nihil ergo minus quam votiva, Inſcriptio haec eſt; columna eſt milliaria iis ſimilis, quas Gruterus *p.* 159. 1. ex noſtra tamen emendandus, & Maffejus *Muſ. Veron. p. CIII.* 1. 2. protulerunt, milliarium numero deleto. Itaque fruſtra eſt Laudii querela de ignoto Numine, cui Maximianus lapidem ex voto inſcripſerit.

VIII. A Laudenſium Diis ad eorum ſacerdotia progredior. Atque haec quidem lapides, quos hactenus deſcripſimus, nobis ſuppeditant, *Seviros Auguſtales*, *Seviros Flaviales*, ſeu Veſpaſiani, *Flaminem Divi Veſpaſiani*, & *Quindecemvirum ſacris faciundis*. *Flaminicam* Laudenſem addit Muratorius *p.* 169. 1. ex veteri fragmento

CATIA . M. F. PROCVLA
FLAMINICA . T. F. I.
PETRONIA . T. F.
CATIANA . FI

Vereor tamen, ne *Flaminica* iſthaec nomen potius ſit alterius feminae, quam officii a Catia, M. F. Procula geſti. Si enim Siglae T. F. I. legantur: *titulum*, ſeu

Atqui ea particulae ET vis eſt, ut Seviri munus ab Auguſtali diverſum eſſe ſignificet. Certe quum ſaepiſſime marmoribus inſculptum reperiamus VI-VIR AVGVSTALIS, non erat, ut veteres uſitatiſſima hac, nec ambigua formula relicta parum aptam, & ſaltem dubiam ad idem omnino denotandum uſurparent. Aliud ergo intelligi voluere, dum quempiam VI.RVM AVGVSTALEM vocabant; aliud dum aliquem VI RVM ET AVGVSTALEM fuiſſe ajebant. Praeterea quum uſu recepta formula haec ſit VI VIR AVGVSTALIS, non AVGVSTALIS SEVIR, ſi quod litteratum marmor AVGVSTALEM SEVIRVM exhibeat, munus diverſum intelligemus. Antiquos enim in formularum uſu fere ſuperſtitioſos fuiſſe novimus. Porro apud Muratorium *p.* 193. 7. legere eſt titulum

ANCHARIO C. F. OVF. AVGVSTALI
VI VIRO DECVRIONI III.

a *L. Attilio Hermete* aliiſque libertis poſitum? Quid? quod interdum in eodem lapide alter *Auguſtalis*, alter *Sevir* appellatur. Sic in Forojulienſi, quem Cl. a Turre *p.* 335. adtulit, legimus:

P. FABIO P. L. VERECVNDO
FIL. AVGVSTALI
P. FABIVS P. L. PHILETVS
IIII. VIR. &c.

Cur quaeso si eodem uterque munere fungebatur, non eodem nomine appellatur? Quam facile id fuisset; Facile? immo & ad ambiguitatem omnem, quae suboriri posset submovendam, opportunum atque adeo necessarium. Quaero etiam, cur *L. Rotatius Trophimus* apud Fabrettium *p.* 405. *n.* 310. dicatur VI. VIR. ET. AVG. COM. VI-VIR. MEDIOL. non autem utrobique vel tantum VI VIR, vel VI VIR ET AVG? Credamne idem omnino munus in eodem lapide tam diversa ratione expressum fuisse? Et illud adcedit, *Augustalium Flaminem* in veteribus Inscriptionibus passim reperiri, numquam *Flaminem Sevirum*; & in lapidibus, qui nomine Ordinum Reipublicae positi sunt, *Augustalium*, numquam *Sevirum* vocabulum usurpari. Profecto si iidem *Seviri*, qui *Augustales* fuerunt, quei factum est, ut a *Seviri* nomine tanta constantia, aut etiam religione Majores nostri in hisce casibus abstinuerint? An forte quod veteres in lapidibus inscribendis ambiguitatis omnis osores fuere? At quae major heic ambiguitas, quam aliis in locis ubi vel *Sevirum*, vel *Sevirum & Augustalem* dixerunt? Immo quum certissimum sit Augustales ordinem quemdam in Republica constituisse Decuriones inter ac Plebem medium, & eorum quoque nomine publica quaedam edicta manasse, saltem quod ad marmora spectat Reipublicae jussu inscripta, nullus dubio locus relinqueretur, etsi Sevirum potius quam Augustalium nomen esset insculptum.

III. Gravioribus tamen momentis suaderi idem potest. Nam quum in Veronensis Musei *p.* 114. 2. inscriptione *L. Carullius Felicissimus* BIS VI. AVG. IDEMQQ

bis ſcilicet *Sevir Auguſtalis*, *idem Quinquennalis* dicatur, negaverit nemo diverſa heic munera ſignificari. Quid enim *idem Quinquennalis*, niſi formula alterum ab altero officio diſiungens? Adeamus jam Muratorii Theſaurum *p.* 194. 2 Ecce tibi T. ARETIVS. T. L. APIOLVS]IIII[VIR IDEM AVGVSTALIS. Et dubitabimus, num Seviri ab Auguſtalibus alii fuerint? Sed dubitationem ſi qua ſupereſt, tollet Florentinorum marmor a Fabrettio deſcriptum *p.* 679. *n.* 51., in quo VI. VIRI. ET. VI. VIRI AVGVSTALES diſerte exprimuntur. Dum igitur *Seviros* in inſcriptis titulis reperis, cave *Auguſtales* intelligas.

IV. At, inquit Cl. à Turre *p.* 366., mirum eſſe in Inſcriptionibus Aquilejenſibus frequenter *Seviros* occurrere, at nullo uſpiam *Auguſtalitatis* charactere honeſtatos; neque credere ſe poſſe, *Auguſtalium* Collegio caruiſſe Coloniam adeo illuſtrem, quae Auguſtum Caeſarem impenſe coluerit, *reſtitutorem* ſuum, imo & *conditorem* teſtata in inſigni lapide apud Gruterum *p.* 152. 4. Quamobrem ubicumque in ſaxis Aquilejenſibus]IIII[. VIR aliquis nominatur, nulla addita Auguſtalitatis nota, eum nihilominus Auguſtalem fuiſſe facile conjiciendum eſt. Haec ille. Vir ſcilicet apprime eruditus lapides videre non potuit a Cl. Bertolio poſtea editos, in quibus Auguſtalium Aquilejenſium diſerta fit mentio. Alter *Agathi* cujuſdam eſt *p.* 438., qui dicitur *divina Majeſtate*

CONSECVTVS
VIR. AVG. AQVIL.

nempe

nempe ni fallor, *Seviratum Augustalium Aquilejensium*. Alter multo insignior prope Aquilejam repertus p. 62. hujusmodi est

S. A. S.
IN. HONOR
L. VALERI
NYMPHODOT
VI VIR ET DD. AVG.
E C. STATI PRIMIG
ET
IN MEMORIA
C. STATI. HEVRET
VI VIR ET DD AVG
ALYPVS
LIB

En quos Philippus a Turre mirabatur sibi numquam obvios fuisse Aquilejenses Augustales, ut nulla nos necessitas cogat Seviros interpretari Augustales. Immo vero si quid video, hic lapis Seviros ab Augustalibus plane secernit. Nam *L. Valerius Nymphodotus & C. Statius Hevres* dicuntur *Seviri & decreto Decurionum Augustales*, uti scite a Bertolio editore siglae DD. explicantur. Non igitur iidem *Seviri* qui *Augustales*, quum decretum Decurionum de illorum Augustalitate, non item de Seviratu latum fuerit.

V. Quodnam porro *Sevirum* munus fuerit, si quaeras, nihil habeo quod certi adfirmem. In re tamen obscurissima conjecturas sectari quid vetat? Adsentiri igitur minime possum Norisio putanti Sevirorum nomine

ne Sex primos inter corpora artificum designari. *Extat*, inquit ille, *inscriptio p.* 445. 6. *Narbone in qua Decuriones & Seviri Augustales Statuam decernunt*, P. Olitio Apollonio IIIII. Vir Augustali, & Navic, *hoc est Seviro Augustali, & Naviculariorum*. Ita sane; sed si Seviri & Augustales ii essent, qui praeter Augustalitatem Seviratum in aliquo corpore, seu Collegio gesserunt, Corporis ipsius, Collegiique nomen minime omitteretur, quemadmodum in Narbonensi saxo *Naviculariorum* corpus diserte nominatum videmus. Nam in tanta, quam Inscriptiones exhibent, Sevirorum frequentia, quis illos non adscripta corporis, ad quod spectarent, nota insculpi lapidibus potuisse, & veteres nunc hoc, nunc illud Corpus designare voluisse, nec tamen quum facile possent, designasse sibi persuadeat? Multo credibilius est, unum, nisi aliud exprimatur, officium ubique denotari, quod quum omnibus Coloniis commune fuerit, & vetustis illis temporibus pervulgatum, minime non est conceptis verbis indicatum in lapidibus non fuisse. Ceterum civilem Magistratum Seviros fuisse nullus dubito. Fortasse autem qui plerumque *Seviri* nulla alia adjecta nota vocantur ii fuere, qui interdum *Seviri Aedilicia Potestate* diserte appellantur. Sic in Mutinensi lapide apud Gruterum *p.* 486. 7. legimus

P. VETTIO
P. F. CAM. SABINO
EQ. P. IIIII VIR.
AED. POT.

Nec

Digitized by Google

Nec mirum ſit, *Seviros Aedilicia Poteſtate* in tot Coloniis, municipiiſque exſtitiſſe; nam & *Octovirum Aedilicia Plebis Poteſtate* Interamnenſe marmor ab eodem Grutero adlatum *p.* 451. 4. nobis ſuppeditat T. *Pattidium* T. F. *Fab. Ceſinum*. Immo in quibuſdam Coloniis Sevirorum alios *Seniores*, alios *Juniores* fuiſſe Laudenſes, quas ſupra reddidimus, Inſcriptiones ſatis teſtificantur.

VI. Scio equidem Veſſerum *Seviros Seniores* exponere de iis, qui anno jam ſuo perfuncti eſſent, Reineſium vero in *Synt. Inſcript. p.* 135. Seviros *Juniores* interpretari *eos qui legitimam Seviratus capacem aetatem nondum adtigiſſent, & extra ordinem Seviri creati fuiſſent*. Verum utriuſque Viri doctiſſimi pace *Seniores*, & *Juniores* Seviri magiſtratu ſimul, eoque diverſo fungebantur. In Muratorii Theſauro *p.* 1031. 3. occurrit *Sevir Junior Iterum Auguſtae Praetoriae*. An ad Seviratum Juniorem quemquam promovendum *iterum* fuiſſe putabimus, niſi Seviratus ille verus atque ordinarius Magiſtratus fuiſſet? Quod ſi Seviri *Juniores* magiſtratum peculiarem conſtituebant, ſuus quoque Seviris *Senioribus* fuit. Nam quum fere annalis aut ad ſummum quinquennalis Sevirum Magiſtratus fuerit, in immenſum Sevirum *Seniorum* numerus excreviſſet, ſi qui Seviratus honore perfuncti erant, *Seniorum* nomine donati fuiſſent. Nec vero cauſſa adferri poteſt, cur ſolis Seviris datum fuerit, ut qui ex ipſis munere defungerentur, *Seniorum* titulo honeſtarentur, non item Decurionibus, ceteriſque Magiſtratibus. Quamobrem *Seniores*, & *Juniores* Seviros alium omnino Magiſtratum, vel eumdem in duos plane ordines tributum conflaſſe crediderim.

VII.

Digitized by Google

VII. Animadverto autem Seviros *Seniores* & *Juniores* in Alpinis regionibus, ac Gallia transpadana, Taurini, Augustae Praetoriae, Mediolani, Comi, Laude &c. tantummodo obtinuisse. Saltem qui eorum meminere, lapides ad eas solum regiones pertinent. Erravit ergo Norisius ad Augustales hancce *Seniorum*, & *Juniorum* Sevirorum partitionem referens, eamque ex nimio Augustalium numero arcessens. Quum enim & in aliis Italiae Provinciis Augustalium Collegia fuerint, quei factum dicemus, ut in transpadanis tantum, Alpinisque Italiae nostrae regionibus Augustales in *Seniorum*, & *Juniorum* Collegia tribuerentur? Quanto facilius de Magistratu municipiorum, Coloniarumque proprio id sibi quisque persuadebit! Nam si Interamnae *Octoviri Aedilicia Potestate* fuerunt, quis miretur Mediolani, Comi, aliisque id genus splendidissimis, florentissimisque Municipiis novum Sevirorum eadem potestate Magistratum, cui propterea *Juniorum* nomen tributum fuerit, fuisse institutum, quocum Seviri *Seniores* jurisdictionem suam fere dividerent? In Comensibus lapidibus duobus a Grutero adlatis *p.* 358. 6. & 471. 5. *Seviros Urb. Urbanos* scilicet, seu *Urbicos* videre est. Hi fortasse dicti etiam *Seniores*: in *Juniores* deinde agri, aedificiorumque cum sacrorum tum profanorum in eo existantium, viarumque extra urbem sternendarum cura translata.

VIII. Quod hactenus adserui *Juniorum* & *Seniorum* Sevirum discrimen, inque duo corpora divisionem, fortasse confirmari quis putet eo Muratorii *p.* 529. 4. & Fabrettii *p.* 147. marmore, in quo *Vettius Ursinianus* dedisse dicitur Coll. VI. VIR. SOCIOR. H-S. N. ∞,

Nam

Nam *Seviri Socii* quei intelligi poſſint, niſi geminus Sevirum ordo conſtiterit? Verum nihil ad rem mea quidem Sententia iſtiuſmodi Inſcriptio facit. Mitto enim Collegium aliquod *Sociorum* exſtitiſſe, cui nihil cum Seviris noſtris commune fuit, ut ex Fabrettiano lapide didici *p.* 440. *n.* 59.

L. LICINIVS. L. D. L. ALEXA. CVRATOR. SOCIORV.
SECVNDVS. IS. MONVMENTVM. EX. PECVNIA
COLLATA SOCIORVM. AEDIFICAVIT. &c.

Quid enim eſt *Curator Sociorum Secundus*, niſi Secundus cujuſpiam Corporis *Sociorum* nomine deſignati *Curator*? Verum his in rem noſtram opus non eſt. Ex citatis Muratorianae epigraphes verbis illud unum ſequitur, *Urſinianum* Sevirum fuiſſe (*Senior* ne an *Junior*, incertum) eumque ceteris Seviris, illorumque Collegio (Soeii propterea appellantur, quod ex eorum numero *Urſinianus* fuerit) ſeſtertia mille dediſſe. Nec plura de *Seviris*. Ad *Auguſtales* adcedo.

§. II.

De Auguſtalibus.

I. A Tiberio Auguſtales Romae primum inſtitutos, ut Auguſti in Divos relati ſacris praeeſſent, narrat Tacitus *Annal. lib.* 1. Propterea argutius illi quam verius ſentire mihi videntur, qui cum Reineſio in *Syntagm. Inſcript. p.* 134. Auguſtales dictos putant quaſi Auguſto-

guſtorum juſſu in Coloniis Municipiiſque creatos. Nam multo illud probabilius eſt, imitatione atque exemplo Romanorum Auguſti Sodalium in Coloniis quoque ac Municipiis eos conſtitutos fuiſſe, nomenque ab Auguſto, cujus ſacra curabant, accepiſſe, quemadmodum *Titiales*, *Flaviales*, *Hadrianales* ii vocati ſunt, qui *Titi*, *Flavii Veſpaſiani*, *Hadriani* ſacris devoti erant, nulla Principum juſſionis ratione habita. Sacerdotes porro Auguſtales fuiſſe contra quam Velſerus, ac Reineſius opinati ſunt, Noriſius luculentiſſimis argumentis ita demonſtravit, ut id eruditis omnibus viris plane perſuaſerit. Nec eſt cur rem hodie certiſſimam novo argumentorum genere confirmemus.

II. Ut de horum munere dicamus, in provinciis publicae, ac ſolemni ſacrorum curae praefuiſſe videntur. Ad eos procuratio quoque ſpectabat, & apparatus ludorum, qui in Numinum honorem fere edebantur. Quare & dum ſpectaculis intererant praecipuo quodam in loco conſidebant; unde & in Vejentano Pſephiſmate apud Fabrettium *p.* 130. Centumviri ejus Municipii *C. Iulio Geloti* concedunt, ut *liceat ei omnibus ſpectaculis Municipio noſtro Biſellio pròprio inter Auguſtales conſidere*. Addunt alii tutelam & cuſtodiam loci, aut rei dicatae aut Religioſae. Heinc qua pollebant, juriſdictio civilis non erat, ſed ſacra, atque hanc unam Noriſio judice indicat Alcantarenſis Inſcriptio, in qua *C. Iulius Capito* dicitur *Aug. I. D.* ſeu *Auguſtalis Iuridicundo*. Quamdam tamen civilis juriſdictionis ſpeciem in Auguſtalibus agnoſcere neceſſum eſt. Nam in decernendis cuipiam honoribus, ſtatuis, idque genus inſtitutionibus

Augu-

Digitized by Google

Auguſtales ſuum adſenſum praeſtabant. Heinc illud *Decuriones, & Auguſtal. & Populus Calatin.* apud Maffejum *Muſ. Ver. p.* 354. 5., *Decuriones, Auguſtales, & Plebs Petilinorum* in Fabrettii *Syntagm. p.* 118.; *Ordo Decurionum, & Auguſtalium, & Plebs Urbana ibid. p.* 228.; immo diſertis verbis (*ibid. p.* 486.) legimus

CVI. CVM. OB. ABSTINENTIAM
SINGVLAREM. EIVS. DECVRIONES
CONSENTIENTIBVS. AVGVSTALIBVS.
ET. PLEBE. STATVAS. AERE. CONLATO
OBTVLISSENT. &c.

Quare & illud veriſſimum eſt, quod docti viri pridem obſervarunt, Auguſtales in ſuis Coloniis, aut Municipiis ordinem quemdam conſtituiſſe medium infra Decurionum amplitudinem, & ſupra plebis aut populi tenuitatem.

III. Ceterum a Decurionibus eligebantur. Supra vidimus *L. Valerium Nymphodotum decreto Decurionum Auguſtalem*. Alibi apud Gruterum *p. CCCCIX. 5.* occurrit VI. VIR. AVGVSTALIS. QVI. INTER PRIMOS AVGVSTALES A. DECVRIONIBVS. AVGVSTALIS. FACTVS. EST. Immo a Decurionibus aliquos interdum compulſos, ut inviti onus Auguſtalitatis ſuſciperent, ex celebri *M. Megonii Leonis* Teſtamento novimus apud Fabrettium *p.* 404. *n.* 306. ubi legere eſt: *hoc autem nomine velersati impendis facilius proſilituri hi qui ad Munus Auguſtalitatis compellerentur*. Porro non e Decurionum genere tantum, ſed & ex Libertinis, atque adeo

adeo (quod Reinesius negabat) ex Libertis Augustales facti. Ex Decurionibus fuit *Anchatius*, cujus §. 1. *n.* 2. meminimus. Libertinum Augustalem idem Reinesius protulit *Cl.* 1. *n.* 99.

NEPTVNO . AVG .
SACRVM
L . IVNIVS . PVTEOLANVS
VI . VIR . AVGVSTALIS
IN MVNICIPIO . SVELITANO
D . D . PRIMVS . ET . PERPETVVS
OMNIBVS HONORIBVS QVOS
LIBERTINI . GERERE POTVERVNT
HONORATVS . EPVLO . DATO D. S. P. D. D.

Libertum habemus apud Fabrettium *p.* 437.

PITVANIA . L. L. DELPHIS
FECIT . SIBI. ET
P. MVCIO . NEDIMO . VIRO. SVO
REDEMPTORI . OPER. CAESARVM
L . PITVANIO . ELEGANTI . PATRI
VI . VIR . AVG . REATE
PITVANIAE SECVNDAE MATRI . &c.

L. enim *Pituanius Elegans L. Pituanii* Libertus videtur fuisse, quemadmodum illius filia *Pituania* L. L. fuit. Libertus certe fuit M. LARENIVS, cujus epigraphe ab eodem Fabrettio recitatur *p.* 627.

M.

Digitized by Google

M. LARENIO
AVGVSTALI
COLLIBERTO
BENEMEREN
COLLIBERTI
ET . COLLIBERTAE
FECERVNT .

Alium adfert idem Fabrettius *p.* 402. *libertum* AVG. FIRMI ET . FALERIONE ; AVG*uſtalem* enim non AVG*urem* legi debere Cl. editor ex dignitate Auguratus Libertinae condirioni nimium impari conjicit. Quae tamen ratio nihili eſt, quum apud ipſummet Fabrettium *p.* 720. *n.* 423. legatur

M. AVRELIVS
SATYR . AVG . LIB .
AVGVR .

IV. Ut autem in Auguſtalium numero quis conferetur, interdum pecuniam ſolvebat ; alii gratis eo Sacerdotio inſigniebantur. Heinc apud Maffejum *Muſ. Ver.* *p.* 354. 4. P. SERVILIVS . P. L. SVCCESSVS AVG. GRATIS, & in Fabrettii *Syntagmate p.* 403. C. IVLIO. PAVLINO ANDRAGATHO VI. VIR . AVGVST. GRATVIT, quod etiam *Auguſtalem gratis creatum dicebant*, ut in alia Fabrettii Inſcriptione *p.* 744. *n.* 530. Alia *Gratuitorum Auguſtalium* exempla vide ſis apud Reineſium in *Syntagm. Inſcript. p.* 137. Mutatorium *N. T. p.* 204. 1., & Fabrettium *p.* 407. *n.* 324.

Digitized by Google

V. Duo nunc Auguſtalium genera diſtinguenda, *perpetuorum* ſcilicet, atque *Annalium*, qui etiam inter Auguſtales cenſeri *iterum* poterant. *Perpetuum* Auguſtalem ſupra dedimus *n.* 3. Alium exhibet Gruterus *p.* 479. 7. Q. VALERIVM. OPIALEM. *L. Carulli Feliciſſimi* BIS VI. AVG. meminit lapis *Muſei Veronenſis p.* 114. 2. Ibidem *n.* 3. occurrit

L. AVFILLENVS
ASCANIVS
VI. VIR. $\overline{II}$
CLA. ET AVG

Scilicet ut Editor doctiſſimus explicat, *Sevir iterum Claudialis, & Auguſtalis*. Fabretti quoque Inſcriptio *p.* 402. *n.* 300. duos Seviros Auguſtales *iterum* exhibet M. VALERIVM SABINVM; & M. VALERIVM PHOEBVM. Sed & alias in claſſes Auguſtales partiri poſſumus. Nam alii *honorarii* erant, atque extra numerum. Apud Fabrettium *p.* 170. reperias *C. Iulio D. Auguſti L. Geloti* honorem a Vejentis Municipii Centumviris decretum, VT AVGVSTALIVM. NVMERO. HABEATVR. AEQVE. AC. SI. EO. HONORE. VSVS SIT. *T.* quoque *Petidius T. F. Fab. Ceſſinus* in Fabrettiano lapide *p.* 401. *n.* 297. dicitur *adlectus ſupra numer. Sevirum. Auguſtalium*. Ad hanc *Honorariorum* Auguſtalium Claſſem feminas refero in horum ordinem adlectas. Hujuſmodi fuit *Claudia Rufina*, cujus Gruterianus lapis *p.* 1088. 12. meminit

CLAV-

CLAVDIAE . RVFINAE
IVLI . HERACLAE
ALLECTAE . AB . ORDINE
IN . DEC . AVGVSTAL .
SENATVS . POPVLVSQ .
TIBVRS
POSS .

ALLECTAE quoque INTER . AVGVST . dicuntur in alio Gruteriano Saxo *ibid.* 1. AVRELIA IVSTA . ET VALERIA COMMVNIA CC. F. F. Etiam Auguſtalibus feminis adcenſeo *Hoſtiliam*, quam Gruteriana Inſcriptio *p.* 419. 7. commemorat,

PIETATI
HOSTILIAE
HOSTILIANAE
VI . VIR. AVG. SOCI
QVIBVS . EX . PERMISS . DIV. PI
PRIMAE . BENEMERENTI . T. V.

Nimirum *Socii* non alia de cauſſa heic Seviri Auguſtales dicuntur, niſi quod *Hoſtiliae*, quae & ipſa inter Auguſtales fuiſſet adlecta, Socii erant. Praeter honorarios erant *Ordinarii*.

VI. Hos ego ſex tantum numero in Provinciis, Coloniſque fuiſſe exiſtimo, unde & *Seviri Auguſtales* plerumque in veteribus monumentis appellantur. Nam Romae *ſorte-ductos e primoribus civitatis unum & viginti* Tacitus perhibet. Non ignoro pleroſque in ea eſſe ſen-

tentia, ut Augustales multo plures, Seviros autem eorum veluti principes fuisse arbitrentur. Verum quum illud animadverto plures fortasse in antiquis litteratis saxis *Seviros Augustales* occurrere, quam *Augustales*, in mentem venit fieri non potuisse, ut Augustales alii a Seviris Augustalibus fuerint. Quid enim? Si Seviri Augustalibus praeerant, quanto illos numero futuros fuisse existimabimus, quorum cura sex omnino viris traderetur? Recole etiam quod §. 1. *num.* 5. dixisse me memini, existare Narbone epigraphem, in qua *Decuriones & Seviri* Augustales *Statuam decernunt P. Olitio Apollonio*. Inde enim intelliges, quemadmodum Decurionum nomine Decuriones omnes, non tantum Duumviri, aut Quatuorviri ibi designantur, ita Sevirorum Augustalium appellatione omnes omnino Augustales indicari. Quid? quod in quibusdam lapidibus Sevirorum Augustalium nomina ordine recensentur, atque ab iis quidquam constitutum reperimus, quin ulla ceterorum Augustalium mentio fiat. Reddo hanc Fabrettianam Inscriptionem p. 30.

PATRI . REATINO . SACRVM
OB . HONOREM . AVGVSTI .
VI . VIRI . AVGVST .
TITVS . BETVLNIVS . FELIX
AVLVS LICINIVS . SVCCESSVS
TITVS . POMPONIVS . MODERATVS
PVBLIVS . VETTIVS . MODERATVS
LVCIVS . FLAVIVS . HERMEROS
C. SABINVS . ACHORISTVS
L. D.
D. D.

Digitized by Google

At sine dubio addi debuerat: ET AVGVST. CETERI, vel EORVMQ. COLLEGIVM, ORDO, aut quid simile, si totum Augustalium corpus his Seviris minime definiebatur.

VII. Neque vero quidquam esse video, quod cum mea sententia pugnet. Norisius quidem lapides quosdam opponit, ex quibus Augustales in decurias fuisse divisos constet, cujusmodi *Claudiae Rufinae* inscriptio *num. V.* adlata, & C. CALVISII. SECVNDINI VI. VIR. IVN. DECVR. apud Gruterum *p.* 49. 2. Verum neque haec ad rem facit, quum de Seviris sermo in ea sit, quos ab Augustalibus distinguendos esse palam fecimus, & ut ad Augustales referretur, ubi *decuriam* vidit Norisius, ego *Decurionem* lego. Porro *Rufinae* illa epigraphe meo judicio reformanda est, ALLECTAE AB ORDINE IN. DEC. AVGVSTAL., ita Gruterianum exemplum; sed legendum ALLECTAE AB ORDINE DEC. IN. AVGVSTAL., scilicet *ab Ordine Decurionum inter Augustales*. Nam cujusmodi *ordo* ille fuerit a quo adlecta est, addi debuisse & perspicacitas, & aliorum lapidum exempla confirmant. An non etiam mirandum tot inter saxa, quae Augustales memorant, nullum exstare, in quo Augustalium Decuriae absque Siglis notarentur, si revera fuissent in decurias distincti? At tresdecim Augustales Fabrettiana Inscriptio recenset *p.* 406. *n.* 316. Immo tresdecim Augustales Seviros. Quamobrem quemadmodum nemini propterea in mentem veniet, tresdecim Seviros Augustales exstitisse, quum vel ipsum Sevirorum nomen sex tantum designet, sed de Seviris honorariis cum Fabrettio ipso marmor prudens

Digitized by Google

dens quiſque explicabit; ita nihil ab iis qui ultra Seviros Auguſtales alios Auguſtales agnoſcunt, colligi inde poſſe compertum eſt.

VIII. Seviri hi unum corpus conflabant. Heine *Corpus Auguſtalium* in citato *M. Megonii Leonis* Teſtamento, *Ordo Auguſtalium*, & *Ordo Splendidiſſimus Auguſtalium* apud Muratorium *p.* 203. 8. *&* 761. 1. immo & *Collegium Auguſtalium* in ejuſdem Muratorii *Theſauro p.* 511. 5.. *Sodales* quoque *Auguſtales* eadem de cauſſa non ſemel vocari Auguſtales reperio, quod Velſerus negavit. Sic in Fabrettii *Syntagmate* occurrunt *C. Iulius Aſper Sodalis Auguſtalis p.* 51. *n.* 291. *&* 292., & *Druſus Caeſar Ti. Aug. F. Sodal. Auguſtal. p.* 395. *n.* 276. Non tamen in plura corpora *Seniorum* & *Iuniorum* tributi erant Auguſtales, ut Noriſius contendit. Ea enim diviſio ad Seviros ſpectat, quos a Seviris Auguſtalibus diverſos eſſe probavimus. Collegia juvenum, quae in quibuſdam lapidibus nominantur, nihil cum Auguſtalibus commune habent. Quod autem in Gruteriana Inſcriptione *p.* 372. *n.* 7. *L. Aurelius L. L. Victor* dicitur *Sacer. Prim. Corp. Auguſtalium*, cave explices *Sacerdotem primi Corporis Auguſtalium*; ſed redde: *Sacerdotem primum Corporis Auguſtalium*. Nimirum ordo quidam dignitatis ſex iſtos inter viros ſervabatur, & qui *primus* inter illos, potiore honore dignabatur. Quo ſpectat Fabrettianus lapis *p.* 407. *n.* 325.

C. VABERIVS. C. L. FAVSTVS. SEX
VIR. AVGVSTALIS
PRIMVS. VIVOS. SIBI. ET
AETRIAE. T. L. DIONYSIAE. VXORI
Fon-

Digitized by Google

Fontaninius quidem *de Antiquitatibus Hortae p.* 38. in hanc rem Tudertinum lapidem profert, in quo *Primigenius* dicitur SEXVIR II. AVGVSTALIS, quasi legendum foret *Sexvir Secundus Augustalis*; at numerales notas *iterum* interpretari malo. Quare distinctum quemdam honorem iis tantum habitum puto, qui Augustales *primi* dicerentur. Tueri tamen se Fontaninius posset Gruteriano illo marmore, in quo insculptum legimus: VI. VIR. AVGVSTALIS. QVI. INTER. PRIMOS. AVGVSTALES. A. DECVRIONIBVS. AVGVSTALIS. FACTVS. EST. Quae indicare videntur duos saltem primos Augustales ceteris honoratiores fuisse. Nihilo tamen minus si res attente inspiciantur, quum nullum in eo lapide tempus definiatur, quo ille *Augustalis factus est*, primique Augustales, quorum annale munus erat, plures labentibus annis fuerint, formula illa *inter primos Augustales* idem significat quod *primus Augustalis*. Fortasse etiam *primi Augustales* heic sunt Augustales in honorem Augusti Caesaris instituti: nam & Sacerdotes aliorum Caesarum ad horum Augustalium normam creati Augustales dicebantur, ut *Augustalis Flavialis*, *Augustalis Hadrianalis* &c. Quamobrem *inter primos Augustales* Augustalem fieri, erit inter illos qui ante ceteros Augustales, omniumque Augustalium primi fuere instituti Augustalem renunciari.

IX. Primi hi Augustales etiam *Magistri Augustales* appellabantur. Quatuor *Magistri Augustales* recensentur in Gruteriano saxo *p.* 149. 5. sex in alio *p.* 249. 5. Ne mirere, neque heinc argue, plures in Coloniis Augustales fuisse, quam Seviros. Nam Inscriptiones illae a

Digitized by Google

Magiſtris Auguſtalibus Romanis poſitae fuerunt; quis enim credat, ut de priore illo lapide dicam, Auguſtales Faliſcorum *viam Auguſtam ab via Annia extra portam* (Romanam) *ad Cereris ſilice ſternendam curaſſe*? Id ſane Romanorum Auguſtalium erat; atque ubi Faliſcorum Auguſtales id feciſſent, viam Auguſtam ſtraviſſe a Cereris Templo ad portam Romanam dicerentur, non *viam Auguſtam*, (quod in lapide legitur) *ab via Annia extra portam ad Cereris ſilice ſternendam curaſſe*. Nec diſſimile argumentum ex ſecundo lapide erui poſſet, niſi poſt Magiſtrorum Auguſtalium nomina corroſus omnino eſſet abſumptuſque. Quum autem Romae XX. & unus Auguſtales eſſent, mirum non eſt, eorum Magiſtros quatuor aliquando, aliquando etiam ſex fuiſſe. Exſtat apud eumdem Gruterum Inſcriptio *p.* 479. 6. poſita C. Valerio PRAEFecto QVINQuennali AVGuſtalium, qua diſcimus *primum Auguſtalium*, & *Magiſtrum*, *Praefectum* quoque dictum fuiſſe *Auguſtalium*, & ad quinquennium interdum ejus dignitatem perductam. Id autem mihi in mentem revocat quod de *L. Carullio Epaphrodito* in alio Fabrettiano marmore legimus *p.* 408. *n.* 332.

HVIC . VI . VIRI
AVG . POST . CVRAM
QVINQVENNALI
TATEM . OPTVLER .

Neque enim de alia, quam Magiſterii, & Praefecturae Auguſtalium, Quinquennalitate ſermonem heic eſſe crediderim.

X.

Digitized by Google

X. Praeter *Magiſtrum Flamen Auguſtalium* reperitur; quales fuerunt *Cn. Stelenius Cn. F. Ocric. Auctus*, & *Germanicus Caeſar*, de quibus conſule apud Fabrettum *p.* 37. *n.* 179. & *p.* 395. *n.* 275. geminas Inſcriptiones. Adde & *Flaminicas*. Muratorius *p.* 168. 3. *Aemiliam L. F. Titiam Flaminicam Aug.* ac *p.* 1991. 6. *Juliam Puſinnam Flam. Aug.* exhibet. E Seviris unus praeterea erat TABVLARIS SACR. AVGVSTALIVM, ut Gruteri lapis *p.* 1091. 3. indicat. Ad hunc rationum, arcaeque Auguſtalium cura fortaſſis pertinebat. Certe Auguſtales *arcam* habebant, in qua pecunia recondebatur, quemadmodum *T. Fundilii* VI. viri Auguſtalis inſcriptio a Muratorio reddita *p.* 198. 1. ſignificat. Hic enim *Arcae Auguſtalium Seviro* H.S. XX *dediſſe* fertur.

XI Ad extremum animadverto eumdem Auguſtalem duobus in locis fuiſſe. Fabrettii lapis *p.* 402. *n.* 298. *C. Fuſicium Genialem* ſuppeditat *Aug. Firmi & Falerione*; alius apud eumdem Fabrettium *p.* 436. *n.* 30. *Sex. Apulejum Apollonium VI. vir Aug. Terg. & Pol.*, Maffejanus *Muſei Veron. p.* 412. 2. Q. *Capitonem Probanum* IIII. *Vir. Aug. Lugdun. & Putcolis*. Eſt & quartus apud Muratorium *p.* 1071. 1. *Auguſtalis Piſis & Lucae*. Sed ſuſpicor hujuſmodi Auguſtales in alterutra urbe honorarios tantum fuiſſe. Atque haec de Auguſtalibus ſufficiant. Ad Laudenſem urbem oratio redeat.

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

Laudenſis Urbis excidium, atque inſtauratio deſcribitur.

I. QUum mihi conſtitutum non ſit, Laudenſium rerum hiſtoriam pertexere, ea tantummodo delibabo, quae viciſſitudines urbis exhibeant cum Epiſcoporum Laudenſium hiſtoria magis conjunctas. Barbarorum incurſu a primo ſuo ſplendore Laus Pompeja defecit, ut ejus Epiſcopus Gerardus IX. ſaeculo ſe *exiguum Epiſcopum in exigua Laudenſi Eccleſia* appellarit. Verum a Mediolanenſibus extremum excidium paſſa eſt a. MCXI. „ Interim Mediolanenſes (inquit Sigonius *de* „ *Regno Ital. lib. X. col.* 630. *Mediol. edit.*) arma, quae, Cre„ monenſium audacia vindicata, Henrico in Italiam ve„ niente, poſuerant, rurſus poſt ejus profectionem ſum„ pſerunt, & Laudenſibus bellum intulerunt; ſive quod „ antiquarum ſimultatum in animis aliquot adhuc ve„ ſtigia reſiderent, ſive quod eos cum Cremonenſibus „ adverſus ſe foedus iniiſſe, indigne tuliſſent, ſive quod „ Lombardiae imperium affectantes ante proxima quae„ que ſibi loca ſubigenda eſſe putarent, quam longin„ qua appeterent. Erat autem Laus, ut Papia inter „ amnes Ticinum, & Lambrum, ſic ipſa inter Lam„ brum, & Abduam cum finibus eorum conjuncta. Pa„ ratis igitur occulte rebus omnibus ad obſidionem op„ pidi neceſſariis, menſe Majo ad Urbem ex improviſo „ proceſſerunt: eamque ita ab omni parte clauſerunt, „ ut neque a Cremonenſibus, neque a Papienſibus ſo-

„ ciis

„ eiis posset, aut militibus introducendis, aut com-
„ meatibus importandis juvari. Ita factum, ut, cum rei
„ frumentariae, cui mature non erat provisum, copiam
„ non haberent, neque aliunde suppeteret, quo famem
„ tolerarent, languentibus inedia membris, fractisque
„ desperatione animis, Laudenses Kal. Juliis in potesta-
„ tem pervenerint. Urbe capta, asperius in tecta, ho-
„ minesque consultum est: primum aedificia fere omnia
„ publica, privataque ita diruta sunt, ut Urbs ceteroqui magna ad sex tantum vicos redacta sit: deinde
„ leges, & tributa gravissima sunt imposita; nam &
„ commercia inter ipsos, & conjugia, Consulibus Me-
„ diolanensibus inconsultis, prohibuerunt: & nundinas,
„ quae in vico Placentino cum Maxima Civitatis utilita-
„ te fieri solebant, inde sustulerunt, alioque traduxe-
„ runt: cautumque, ut Praefectus Urbis in posterum
„ haec servanda curaret: qui secus fecisset, rei capita-
„ lis reus esset; bonaque amitteret". Hactenus Sigonius qui tamen emendandus est quod ad annum spectat illati Laudensibus a Mediolanensibus belli, ac mensem captae, dirutaeque urbis. Nam anno quidem MCXI. confectum est Mediolanense bellum Laudensium excidio, sed quatuor ante annis coeptum fuerat teste Landulpho a S. Paullo *cap.* 16. Porro idem Landulphus temporum illorum aequalis Junio mense captam, dirutamque Urbem narrat *cap.* 16.

II. Non heic stetit in Laudenses victorum ira, sed magnis illos vexationibus affligere in dies perrexere. Sed anno MCLVIII. ut Otto Morena, qui haec miserrima vidit, eorumque pars magna fuit, refert, Mediola-

lanenſium furor in Laudenſes crudelius ſaeviit. Rem his verbis Sigonius narrat *lib. XII. col. 725. ad annum* 1156. ex Morena corrigendus quod ad tempora pertinet: „Conſilio habito ſanxerunt, ne Laudenſibus rerum „ſuarum aliquid aut vendere, aut quoquo pacto alie„nare, neve inde injuſſo Mediolanenſium migrare li„ceret. Conſuleſque Novembri menſe Laudem profe„cti, tributum Civitati graviſſimum imperarunt: qui„que pendere recuſarunt, bonis, & patria everterunt, „atque in hoſtium numerum retulerunt. Denique, ut „ſpecioſam aliquam perdendae urbis cauſſam inveni„rent, ſolemne a ſingulis popoſcere Sacramentum, „fore, ut haec in perpetuum obſervarent. Quibus il„li, re deliberata, dixerunt, facturos ſe omnia, quae „imperarent, verum, ne quid tale jurarent, fide Impe„ratori obligata ſe impediri: &, cum aequi nihil im„petraſſent, Epiſcopum, & Conſules, ac Principes Ci„vitatis, Mediolanum ad eam rem deprecandam miſe„runt. Hi profecti ad Archiepiſcopi, Conſulum, alio„rumque, qui aderant, Principum civitatis pedes pro„cubuerunt, eoſque infimis omnibus precibus, ne ſe „ad violandam fidem Imperatori datam adigerent, ob„ſecrarunt. Quod cum obtinere non potuiſſent, ad le„gatos Pontificis, qui forte aderant, Ardicionem, & „Othonem Cardinales converſi, precibus eos, ut cauſ„ſam ſuam ſuſciperent, fatigarunt. Mediolanenſes le„gatorum auctoritati, dum apud ſe fuerunt, obtem„perarunt: verum profectis illis IV. Nonas Novembris, „quo die mortuis publice parentatur, ex Concilii ſen„tentia omnibus, qui uſque ad diem Epiphaniae im„pe-

„ peratum Sacramentum non ſuſcepiſſent, exilium in-
„ dixerunt ..... Proximo anno Mediolanenſes, ubi
„ dies Epiphaniae venit, Laudenſibus jurare detrectan-
„ tibus Urbe excedere imperarunt; bona Mediolanum
„ aſportarunt, arbores in agris, viteſque, atque aedi-
„ ficia nulla reliquerunt, ac demum Urbis moenia di-
„ ruerunt, pinnis, quae ex uno lapide erant, ad pri-
„ ma agri Mediolanenſis caſtra ad perenne rei monu-
„ mentum translatis. Laudenſes vix cum ſingulis ve-
„ ſtimentis patrio ſolo relicto, Piceleonem Cremonen-
„ ſium Caſtrum ad Abduam ſitum ſe contulere. Qui
„ autem morbo impliciti, aut alio conſilio uſi in Urbe
„ remanſerunt, in carcerem omnes conjecti ſunt.

III. Sed tandem tempus advenit, quo afflictae Laudenſium res novam formam induerent, Friderici Imperatoris praeſidio. Audi Morenam ex Codice Ambroſiano editum *T. VI. Rer. Italic. col.* 1009. „ Deinde Impe-
„ rator die Jovis, qui tunc fuit pridie Kalendarum Au-
„ guſti, ad Lambrum in pratis de Caſtiraga veniens,
„ ibi Caſtrametatus eſt, tenuerunteque caſtra exercitus
„ ejus ſpiſſa ab utraque parte Lambri a Caſtiraga uſque
„ ad Salarianum. Itaque Laudenſes cum crucibus ibi
„ ante Imperatorem venientes, pedibuſque ſuis proji-
„ cientes, rationem de Mediolanenſibus, qui eos ex
„ propriis laribus expulerant, omniaque eorum bona
„ ipſis abſtulerant, ab ipſo Imperatore exigerunt, pe-
„ tierunteque etiam inſuper ab eo, ut propter Deum,
„ & animae patris ſui remiſſionem, ac pro honore
„ etiam totius Imperii ſui, locum eis tribueret, in quo
„ poſſent ipſi Laudenſes, ad ejus, ac totius Imperii ho-

„ no-

„ norem & ſervitium permanere , qui hoc totum ſe
„ libenter velle facere promittens , interrogavit eos in
„ quo loco morari , aut quem locum ſibi dari velint .
„ Laudenſes itaque ſe velle eum ſibi Montemghezonem
„ dare reſponderunt . Imperator namque ſic eis reſpon-
„ dens ait : in craſtina die poſt prandium illuc cum
„ Principibus meis vobiſcum veniam , locumque videam,
„ & ſi vobis aptum fore mihi videbitur , libentiſſime
„ vobis tribuam . Laudenſes igitur hoc audientes , ſpe-
„ rantes etiam ab eo adhuc majora impetrare valere ,
„ cum magno gaudio ad eorum hoſpitia reverſi ſunt .
„ Poſtera namque die quae fuit dies Dominicus , &
„ fuit tunc tertio die menſis Auguſti in feſtivitate San-
„ cti Gaudentii , & Inventionis S. Stephani Martyris ,
„ & quae fuit de anno milleſimo centeſimo quinqua-
„ geſimo octavo , aſcendit Sanctiſſimus Imperator Fre-
„ dericus equum ſuum una cum pluribus ex Principi-
„ bus ſuis inſimul etiam cum Laudenſium equitibus &
„ peditibus , omneſque in Montemghezonem perrexerunt .
„ Cum vero ſupra ipſum montem fuiſſent , ac eum un-
„ dique perluſtrarent , quoddam divinum miraculum ibi
„ tunc accidit , quod cum coelum tunc , cum ipſum
„ montem Imperator intraſſet , ſerenum bene fuerat ,
„ ſtatim in uno oculi momento valde pluere coepit , quod
„ omne bonum omnibus reputandum eſt . Pluvia vero
„ recedente , Imperator cum quodam vexillo Laudenſium
„ Conſules , qui tunc praeerant , videlicet Ramfum Mo-
„ renam , & Archembaldum de Summariva , & Lotte-
„ rinum de Abbonis , alioſque eorum ſocios , de terra
„ in qua nunc aedificata eſt ipſa Laudenſis nova civi-

„ tas

„ tas ad proprium inveſtivit, fueruntque termini ipſius
„ ſic conſtituti, videlicet a coſta, quae dicitur nunc
„ Sancti Vincentii ab Abdua uſque ibi, ubi incoeptum
„ eſt foſſatum portae Imperialis ſupra paludem, & ab
„ ipſa palude, ſicut vadit praedictum foſſatum uſque in
„ aliam paludem, quae eſt verſus ſilvam graecam ſupra
„ coſtam ipſius paludis, & item ſicut vadit ipſa coſta
„ ab ipſo foſſato uſque in Abduam, & item ſicut va-
„ dit foſſatum a coſta palatii Imperatoris uſque in Ab-
„ duae flumen verſus mane. Hoc itaque ſic peracto,
„ Imperator & Laudenſes cum magno gaudio, magna-
„ que laetitia ad caſtra remeaverunt.

IV. Reſtituta ſic urbe princeps quoque Eccleſia conſtructa fuit. Tum demum anno 1163. S. Baſſiani Corpus e veteri Laude ad novum Templum translatum fuit. Audiamus Morenam *col.* 1121. „ Die vero Lunae,
„ quae fuit quarta dies ante Calendas Novembris prae-
„ dicti anni reverſus eſt de terra Teutonica Chriſtianiſ-
„ ſimus Auguſtus in Civitate Laude cum Beatrice Sere-
„ niſſima conjuge ſua, & cum Cancellario electo Co-
„ loniae Archiepiſcopo, & cum Hermanno Verdenſi
„ Epiſcopo, & Conrado electo Magunciae Archiepiſco-
„ po, qui ſupererat Ottonis Comitis Palatini, & cum
„ ipſo etiam Comite Palatino, & cum Comite Gabardo,
„ Marcoardo, & Comite Conrado de Ballanuce, atque
„ cum filio Ducis Guelfi, & cum multis aliis Princi-
„ pibus. Deinde proxima die Sabbati, quae fuit ſecun-
„ da dies menſis Novembris venit Laudae Dominus Papa
„ Victor cum ſuis Cardinalibus, & proximo die Lunae
„ fuit ductum a Laude veteri in novam Civitatem de

„ Lau-

Digitized by Google

„ Laude Corpus Beati Baſſiani Confeſſoris, cum ma-
„ximo honore, maximaque laetitia. Ipſe ehimmet Apo-
„ſtolicus, & Imperator inclytus, & Patriarcha Aqui-
„legiae, & Abbas Clunecenſis cum aliis quibuſdam
„Epiſcopis, & Archiepiſcopis extra Eccleſiam majorem
„de Laude veteri corpus ipſum praetioſum ſuis hume-
„ris portavere, & ab aliis, deinde tam Clericis, quam
„Laicis ad novum Laudae tranſvectum eſt, obtulitque
„ipſi Clementiſſimus Imperator ad fabricationem Eccle-
„ſiae triginta libras denariorum Imperialium; Sereniſ-
„ſima vero jugalis ejus obtulit ipſi Beato Baſſiano li-
„bras quinque.

Digitized by Google

DISSERTATIO II.

De Laudenſis Epiſcopatus initiis atque viciſſitudinibus.

CAPUT I.

In Laudenſis Epiſcopatus primordia inquiritur, deque primis ejus urbis Epiſcopis diſputatur.

I. ANte S. Baſſianum, qui ſub an. 378. aut 374. Laudenſis Epiſcopus renunciatus eſt, Laudem Pompejam Epiſcopos habuiſſe ejuſdem S. Baſſiani Acta teſtantur. *Per idem tempus* (ita illa *cap.* 3. *n.* 12. *apud Bollandum*) *Laudenſis Populus Paſtore proprio deſtitutus rogationes publicas triduo indixerat, quatenus Praeſulem futurum Eccleſiae ſuae idoneum praeſidere divina pietas innoteſceret.* Suum ergo Laudenſis Populus Paſtorem habuerat. Quin ex Eccleſiae illius traditione, cui nihil obſtare intelligo, ſub ſaeculi III. finem Epiſcopalis ibi ſedes conſtituta fuerat.

II. Antiquiorem Epiſcopum, eumque Martyrem S. *Maluſium* magnus ille Urſulanae Societatis vindex noſter Hermannus Crombachius detexit, ejuſque os ad Vidonum Laudenſem Epiſcopum Fabius Ghiſius Apoſtolicae Sedis per inferiorem Germaniam Nuncius deferri a 1647.

Digitized by Google

curavit. Quid de hujusmodi Episcopis, qui Ursulanarum Virginum socii fuisse feruntur, ego sentiam, aperui in notis ad Menologium Cremonense, p. 239., ubi de S. Bassano Cremonensi Episcopo, & Ursulanae illius societatis, ut perhibent, membro disputavi. Saxius etiam vir emunctae naris S. Marinum Mediolanensem Antistitem, quem Crombachius cum Bassano Cremonensi, & Malusio Laudensi inter Ursulanos socios enumerat, veluti commentitium explosit in *Mediol. Antist. hist. p.* 35. *seq.* Utinam Laudenses certiores tabulas proferre possent, quibus Malusium suum tuerentur!

III. Multo falsius illud est, quod ex Vairano in MSS. Defendens Laudius *Diss.* 6. narrat, refellitque, SS. Jacobum & Johannem Apostolos Laudensis Ecclesiae fundamenta jecisse; neque est cur in confutanda hac fabula immoremur, cui mira Laodiceae cum Laude Pompeja confusio occasionem fortasse praebuit. Numquid propterea S. Jacobum, qui a nonnullis saeculo XVI. primus haberi coepit Laudensium Episcopus, ex Episcoporum Laudensium albo expungemus? In hanc quidem sententiam nuper appellatus Defendens Laudius propendet. Verum ego nihil admodum urgere video, ut Jacobum hunc deleamus. Nam Vairanus Petro Antonio Maldotto, cui Jacobi hujus adsertio tribuitur, multo antiquior, ad perscribendam ridiculam illam de SS. Jacobo & Johanne Laudensis Ecclesiae conditoribus fabellam adductus videtur, quod Jacobum quempiam in vetustioribus ejus Ecclesiae tabulis legisset Laudensium Episcopum; hunc enim Jacobum eumdem atque Jacobum Apostolum sibi homo minime malus persuasse.

IV.

IV. Certe indubium mihi est, S. Anathalonem Laudem quoque Pompejam excurrisse divini Evangelii disseminandi caussa, aut saltem ex ejus discipulis quempiam illuc se contulisse. Ut autem aliquantus Christianorum grex accrevit, Presbyterum quempiam Jacobum nomine ejus curam gessisse quid vetat? Neque enim is ego sum, qui quos Laudenses ante Bassianum *Episcopos* vocant, omnes revera Episcopali charactere insignitos fuisse credam. Satis est, illum qui Christiano Laudensi gregi praeerat, sive is Episcopus fuerit, sive Presbyter, & Apostolicis plane temporibus floruisse, & Jacobum nominari potuisse. Nam a populari traditione, cui nihil repugnet, non facile discedendum.

V. Laudis Pompejae, & Mediolanensis Urbis proximitas me quidem in eam sententiam facile pertrahit, ut primo alterove etiam forte saeculo proprios Episcopos Laude consedisse non credam. Adcedit etiam, Fidei Christianae propagationem non eo ubique successu obtinuisse, ut tantus Fidelium numerus adcresceret, cui regendo proprius Episcopus tribueretur. Equidem S. Julianum primum Laudensi Ecclesiae Episcopum libens adsignarem. Diocletianeae enim persequutionis furor, qui Laude dirum in modum saeviit, Christianorum animos ita percellere potuit, ut singulari Episcopo indigere viderentur, qui dispersos cogeret, atque ad nova, si Deo libuisset, subeunda certamina, alacres redderet, inflammaretque.

CAPUT II.

Quae in eligendis Laudenſibus Epiſcopis ratio ad ſaeculum XII. ſervata fuerit.

I. PRioribus Chriſtianae Fidei ſaeculis eadem, qua in ceteris Epiſcopalibus ſedibus diſciplina, in Laudenſi quoque Eccleſia Epiſcopos electos fuiſſe dubium non eſt. Certe in S. Baſſiani electione quam nuper memorabam, ea omnia videre eſt, quae ex antiquis monumentis Martenius, ac Thomaſſinius in hanc rem operoſe collegerunt, ille *de antiqais Eccleſiae ritibus lib. I. c. 8. a. X.*, hic *de Beneficiis T. II. l. 2. Per idem tempus* (Actorum verba ſunt) *Laudenſis Populus Paſtore proprio deſtitutus rogationes publicas triduo indixerat*. Nimirum triduanum jejunium Epiſcoporum electioni praemitti conſueverat. Porro Baſſianus Laudenſis Epiſcopus revelatione Clementi Presbytero facta coelitus deſignatur; quod primis Eccleſiae ſaeculis ita ſolemne erat, ut Barcinonenſe Concilium Recaredi Regis temporibus habitum conſtituerit: *ex duobus aut tribus quos ante conſenſus Cleri & populi elegerit, metropolitani judicio, eiuſque coepiſcopis praeſentatis, quem* SORS *praeeunte Epiſcoporum jejunio, Chriſto Domino terminante monſtraverit, benedictio conſecrationis accumulet*. Sed a populo Laudenſi devotiſſime ſuſceptum Baſſianum dum eadem acta perhibent, acclamationes in mentem revocant, quibus electum populus proſequebatur. Tandem de Baſſiano Acta docent, *comprovincialibus Epiſcopis* (Ambroſio cum primis) *convocatis cum laude & honore Dei ad ſedem Pontificalem eum fuiſſe provectum.*

Sci-

Scilicet a tribus Comprovincialibus Episcopis ordinari Episcopi solebant.

II. Qui Bassianum insequuti sunt Episcopi, alii a Populo & Clero, a Clero alii, populo tamen adnuente, a solo Clero alii juxta variam temporum disciplinam electi fuerunt. Quum res contigit, quae Laudenses electiones turbavit. Conradus Salicus Italiae Rex a. 1025. ut benevolum gratumque animum suum erga Heribertum Mediolanensem Archiepiscopum ostenderet, praeter plurima dona, Laudensem Episcopatum eidem concessit, ut *sicut consecraverat*, inquit Arnulphus *hist. Mediol. lib. II. c. 2.*, *ita investiret Episcopum. Itaque Heribertus, mortuo Nocherio Laudensis Urbis Antistite, unum ex Cardinalibus Metropolitanae Mediolanensis Ecclesiae nomine Ambrosium, illius Sedis Successorem, instituit.* Obstitere Laudenses, *animoque*, inquit Saxius p. 403., *in repulsam obfirmato, adigi nunquam potuerunt, ut eumdem admitterent. Quamobrem indignatus Heribertus militares copias expedivit, eorumque urbem ante obsidione circumdedit; ac tandem obtinuit, ut fracti diuturna vexatione Cives Ambrosium intra moenia receptum ad Episcopale solium deducerent.*

III. Consequutis deinde temporibus Laudensis Ecclesia iisdem, quibus ceterae passim Insubriae Episcopales Sedes, vicissitudinibus obnoxia fuit. Nempe Henrici praesertim Schismatici Imperatoris vi atque nequitia Ecclesia quoque Laudensis intrusis Schismaticis Episcopis doluit se profanatam. Tres hujusmodi sceleratos Episcopos Obizonem scilicet, Fredentionem, & Raynaldum memorat, quod ex Episcopali Archivo proferimus, Instrumentum

Jordanis Mediolanensis Archiepiscopi Sententia acta quædam Opizonis, Fredenzionis, & Raynaldi Laudensium Episcoporum rescindens

„ Dum in Dei nomine in Civitate Mediolani in Aren-
„ go publico, quo erat Domnus Jordanis religiosus Me-
„ diolanensis Archiepiscopus (1), ibique cum eo ejus
„ Presbiteri, & Clerici majoris ordinis, ac minoris pre-
„ dicte Mediolanensis Ecclesie; presentibus ibi Mediо-
„ lanensibus Consulibus, & cum eis quam plures de
„ Capitaneis, atque Vavassoribus, seu Populo: ibi in
„ eorum omnium presentia veniens Domnus Ardericus
„ venerabilis Laudensis Episcopus cum suis Clericis ma-
„ joris ordinis, ac minoris, atque cum eo suis Capita-
„ neis, & Vavassoribus jam dicte Ecclesie Vasallis di-
„ cente, ac reclamante de tam pravis, & iniquis in-
„ vasionibus, investituris, seu alienacionibus de casis,
„ & rebus, territoriis, honoribus, & condiciis ad ip-
„ sam Laudensem Ecclesiam pertinentibus factis a quo-
„ dam *Obizone* invasore, qui indigne dicebatur Lauden-
„ sis Episcopus, seu per suos successores *Fredentionem* sci-
„ licet, & *Rainaldum*, qui sine racione dicebantur Epi-
„ scopi. Et dicebat ipse Domnus Ardericus Episcopus
„ quod quondam adhuc integra Civitate Laudensi palam
„ in communi ejus Arringo congregato Laudensi populo
„ Laicorum scilicet, & Clericorum facta lamentatione
„ de predictis invasionibus, investituris, & Alienacio-
„ nibus a predicta Ecclesia, judicaverunt, & testimo-
„ nium

(1) *a.* 1112. *electus hic fuit Mediolanensis Archiepiscopus.*

Digitized by Google

„ nium dederunt ipsi Laudensis Ecclesiae Vassalli, &
„ omnes alii Laici, & Clerici in concordia, quod ille
„ invasiones, & investiture quas fecit predictus *Obizo*,
„ nullo modo cum racione, nec usu stare, nec ullam
„ firmitatem habere debere; quia dicebant se omnes
„ aperte cognoscere jam dictas alienaciones non ad uti-
„ litatem sed ad detrimentum Ecclesie factas fuisse. His
„ ita per ordinem..., jamdicto Domno Jordane Archie-
„ piscopo, & jamdictis Consulibus qui predictam la-
„ mentacionem . . . . . in eorum
„ Consularia ab aliis omnibus tam Laicis, quam Cleri-
„ cis tunc interrogaverunt eumdem Episcopum si de
„ predicta sententia quam dederant eius Cives, testes
„ haberet, qui dixit se ibi quamplures testes habere, &
„ ibi statim palam venerunt tres tales testes, quorum
„ nomina sunt Asmundus Scarpigna, Aribaldus de Bi-
„ nasco, Petrus de Gemedi, qui omnes juraverunt ad
„ Sancta Evangelia. Hi erant & viderunt, & audie-
„ runt quod predicti Cives Laudenses tam Vassalli quàm
„ omnes alii Laici, & Clerici laudaverunt, & judica-
„ verunt prefatas investituras, & alienaciones quas pre-
„ dictus *Obizo* fecerat non debere stare, set irritas &
„ vacuas esse debere. Tali dato ab ipsis omnibus testi-
„ bus juramento, statim palam & quoram omnibus ho-
„ minibus ibi stantibus, & audientibus prenominati
„ Mediolanenses Consules quorum nomina subter legun-
„ tur per testimonium de predicta Consularia dixerunt,
„ & communiter laudaverunt predictas investituras, &
„ alienaciones non debere per jusiurandum datum testi-
„ monium . . . . . .

„ laudaverunt ipſi Conſules, quod ſimiliter illas aliena-
„ ciones . . . . . *Fredentionus*, & *Rainaldus* in-
„ digni Epiſcopi . . . . nec ſtare, vel ullam firmitatem
„ habere . . . . propterea quod jam dictus *Fredencionus*
„ intrans in predicto Epiſcopatu juravit ad Evangelia
„ ab illa ora in antea nullam ſe facere invaſionem, vel
„ inveſtituram, aut alienacionem de eccleſiis, & rebus,
„ territoriis, aut honoribus, & condiciis ad predictam
„ Eccleſiam pertinentibus. De predicto vero *Rainaldo*
„ ideo dixerunt quia fuit palam damnatus a Summo
„ Pontifice Romane Sedis (2), & a quondam Domno
„ Anſelmo Mediolanenſi Archiepiſcopo (3), & inde
„ continuo juſſerunt Conſules, & omnes alii Cives no-
„ ticiam fieri. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione
„ Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleximo centeſimo ſepti-
„ mo decimo, quarto die menſis Julii, indicione de-
„ cima.

„ Ego Jordanis Archiepiſcopus interfui, & ſub-
„ ſcripſi.

„ Signum manuum ſupraſcriptarum Aſmundi, &
„ Aribaldi, ſeu Petri, qui ut ſupra juraverunt, & in
„ hanc noticiam ad confirmandum manus poſuerunt.

„ Signum manuum ſupraſcriptorum Conſulum Me-
„ diolanenſium Arialdi, & Adelardi de Badaglo, An-
„ ſelmi de Puſterla, Ottonis Fante, Arialdi Vicecomi-
„ tis

(2) *forte Urbano II.*

(3) *Vel ab Anſelmo de Buis a.* 1097, *ad Epiſcopalem Sedem erecto, vel potius ab Anſelmo, qui ab a.* 1086. *ad* 1093. *Mediolanenſi Eccleſiae praefuit & contra Schiſmaticos multa ſtrenue geſſit.*

Digitized by Google

„ tis, Henrardi de . . . ., Ariprandi Cagnola, Ugonis „ Ciavelli, Johannis Mantegacii, Item Johannis Mai- „ nerii, ſer Johannis de Tenebiago, Landulfi Mora, „ Ottonis Ginammi, Ariprandi Malaſtreva, Pagani Bur- „ cetto, Ungarini de Curtibus . . . . . Januarii, Petri „ de . . . . . qui hanc noticiam fieri rogaverunt, & „ in eam ad confirmandum manus poſuerunt.

„ Arialdus Judex interfui, & ſubſcripſi.

„ Ego Anſelmus Judex, ac miſſus Domni quarti „ Henrici Imperatoris hanc noticiam ſcripſi, & in om- „ nibus ut ſupra interfui.

IV. Verum heic nodus ſe nobis obijcit non facile diſſolvendus. Inter Schiſmaticos, Sedis Laudenſis invaſores *Opizonem* heic diſerte nominatum videmus, immo & illum fuiſſe Laudenſem Epiſcopum, quem a *Nicolao* II. in Concilio Romano a. 1059. damnatum Sigonius refert, probabile admodum eſt. Atqui ejus zelum adverſus Schiſmaticos ſummis laudibus S. Gregorius VII. commendat *lib. II. epiſt. LV.* Ut meas hac ſuper re coniecturas proponam; in mentem venit Anſelmus III. Mediolanenſis Antiſtes, quem poſt Sigonium, Puricellium, & Papebrochium Cl. Saxius *p.* 444. ab Henrico Schiſmatico fuiſſe faretur per virgam & annulum inſtitutum. Hic enim vel a Victore III. vel ab ejus ſucceſſore Urbano II. in Catholicae Eccleſiae communionem receptus, ita ſe in Schiſmaticis emendandis probavit, ut a Bertholdo *in cauſſa S. Petri ſtudioſiſſimus* appellari meruerit. Itaque credidetim, *Opizonem* a Romano Nicolai II. Concilio damnatum reſipuiſſe, & praeteritum ſcelus ferventiori erga Romanum Pontificem ſtudio plane deleviſſe.

se. Quamobrem Gregorii VII. laudes tempus spectant, quo Opizo ad meliorem frugem reversus Catholicorum causſae favebat; Jordanis sententia ad priores annos referenda, quibus in Henriciano schismate detinebatur.

CAPUT III.

De Laudensium Episcoporum electione post XII. saeculum.

I. MOrtuo Arderico gravis inter Capitulares Canonicos de successore eligendo contentio exarsit. Honorius III. re intellecta Jacobum de Cerreto Abbatem Claravallensem (seu potius Claravallensem) Ecclesiae Laudensi a 1218. praefecit. Sunt quidam qui hunc Jacobum non Laudensem, sed Leodiensem Antistitem ab Honorio dictum velint. Ajunt enim, Episcopi Laudensis electionem ad Metropolitanum Mediolanensem iis temporibus pertinuisse. Verum quis neget, etiam tum Romanos Pontifices gravibus de causſis potuisse Episcopi cujuspiam electionem sibi vindicare? Neque hujus rei exempla in Italia desunt, ut videre est apud Thomassinium *p. II. lib. II. cap. XXXV.* Porro quae gravior causſa quam Schisma inter Capitulares Canonicos? Nam hujusmodi dissensiones Johannem XXII. compulerunt, ut a. 1322. Episcoporum in Provinciis Aquilejensi, Mediolanensi &c. electiones sibi reservaret.

II. Sed & in ipsa Laudensi Ecclesia ante Johannis XXII. tempora exemplum habemus alterius Episcopi a Romanis Pontificibus constituti. Gregorius IX. Laudenses

ſes quod a Friderici Imp. ab Apoſtolica Sede damnati partibus ſtarent, aliiſque de cauſſis, quas Innocentius IV. in litteris infra ab Ughellio recitatis indicat, Epiſcopali dignitate privarat. Immo idem Innocentius IV. Ottobello Epiſcopo defuncto, Abbati de Cerreto a 1245 epiſtolam dedit, in qua ut Epiſcopalis menſae Laudenſis redirus, ejuſque bona Pontificio nomine curaret, illi praecipiebat. Decennio elapſo quum Laudenſes Romanae Sedi ſe ſe probaſſent, Innocentius ipſe iterum eos Epiſcopali dignitate donavit, ac Bonum Johannem illis Epiſcopum praefecit.

II. Ceterum deinceps ad Joannis XXII. tempora Capitulum Epiſcopum eligere conſueverat; tum a Mediolanenſi Antiſtite poſtulabat, ut electionem confirmaret. Exſtant in Tabulario Laudenſis Epiſcopatus acta quaedam in electione Aegidii Delaqua, ex quibus modus in hujuſmodi electionibus ſervatus conſtat. Quamobrem non inutile arbitrarer heic illa in medium adferre.

Acta in electione R. P. D. Aegidii De Aqua Laudenſis Epiſcopi.

„ Anno Incarnationis Dominī noſtri Jeſu Chriſti „ milleſimo trecenteſimo ſeptimo die Jovis quintodecimo „ menſis Junii Indictione quinta. In Eccleſia Laudenſi „ ſuper gradum Eccleſiae ſupraſcripte preſentibus diſcre„ tis viris Dominis Don Benedicto Abbate Monaſterii „ Sancti Petri de Laude veteri Laudenſis Dioceſis Don „ Girardo de Moronis (*f.* de Montonis) Abbate Mona„ ſterii

„ sterii Sancti Bassiani dè foris, Presbitero Bassiano Pre-
„ posito Canonice Sancti Geminiani, Don Bassiano Dar-
„ danono Monacho Monasterii Sancti Petri de Laude
„ veteri Martino Carentano Vencino de Davaria & Ma-
„ theo Scarpa ad hoc vocatis pre aliis testibus & roga-
„ tis. Religiosus vir venerabilis & discretus Dominus
„ Don Obizo Abbas & merito Monasterii Sancti Michae-
„ lis de Brembio Diocesis antedicte executor ad infra-
„ scripta a Reverendissimo Patre Domino Francisco Dei
„ & Apostolice Sedis gratia Sancte Mediolanensis Eccle-
„ sie Archiepiscopo (1) specialiter deputatus auctoritate
„ qua functus fuerat in hac parte intra missarum sol-
„ lempnia per providum & honestum virum Dominum
„ Pre Jordanum de Episcopo . . . Laudensem Canoni-
„ cum tunc temporis cellebrata coram astantis Cleri,
„ nec non ibidem populi multitudine copiosa nunciavit
„ aperuit & solempniter publicavit litteras infrascriptas
„ sigillo cereo viridi prefati Domini Archiepiscopi pre-
„ munitas, easdem illico auctoritate premissa coram Cle-
„ ro & Populo suprascriptis per publicum generale &
„ edictum peremptorium vulgariter proponendo referens
„ inter caetera qualiter Dominus Pater Egidius de La-
„ qua tunc Prepositus S. Laurentii electus fuerat in Lau-
„ densem Episcopum & Pastorem; que quidem electio
„ una cum ejusdem processibus universis eidem Domi-
„ no Archiepiscopo fuerat presentata, & ab eo petitum
„ instanter ut prefatam electionem confirmare tamquam
„ canonicam dignaretur, & ceteral verbo ad verbum
„ com-

(1) *Franciscus Parmensis a Messanensi ad Nolanam, & heinc ad Mediolanensem Sedem translatus a* 1292.

Digitized by Google

„ communiter & diviſim propoſuit & edixit pro ut in
„ ipſis litteris maturius & copioſus continetur & ſolus
„ peregit ſolempniter ſupraſcripta non obſtante contu-
„ macia diſcreti viri Presbiteri Baſſiani de monaco ex
„ conſorcio in preſentibus vel . . . . . qui retulit ſe
„ predictis intereſſe non poſſe per dictum Dominum Ab-
„ batem requiſitum ſolempniter & citatum tamquam va-
„ riis & diverſis negociis impeditum de quibus omni-
„ bus & ſingulis ſupraſcriptis juſſit legiptime dictus Do-
„ minus Abbas juxta dictarum ſeriem litterarum per me
„ Eraciottum de Laqua Notarium confici publicum In-
„ ſtrumentum, quarum quidem litterarum continentia
„ ſequitur in hac forma. Franciſcus Dei & Apoſtolice
„ Sedis gratia Sancte Mediolanenſis Eccleſiae Archiepi-
„ ſcopus univerſis & ſingulis perſonis tam Eccleſiaſti-
„ cis quam Secularibus cujuſcumque ſtatus & dignita-
„ tis exiſtant, nec non univerſitatibus quibuſcumque
„ qui ſua crediderint intereſſe, in eo ſalutem, qui eſt
„ gaudium ſempiternum. Diſcretioni veſtre harum ſe-
„ rie intimamus quod Eccleſia Laudenſis nuper vacante
„ Epiſcopo & Paſtore per mortem quomdam Domini
„ Bernardi olim ejuſdem Eccleſie Pontificis, & Paſtoris
„ vir providus Dominus Egidius de Laqua Prepoſitus
„ Eccleſie S. Laurentii de Laude per formam compro-
„ miſſi per Canonicos, & Capitulum ipſius Laudenſis
„ Eccleſie in ejuſdem eſt electus Epiſcopum, & Paſto-
„ rem, & electioni de ſe celebrate ad ipſam Eccleſiam
„ conſenſit tempore competenti ſuper hoc legiptime re-
„ quiſitus, & quod cum ipſi Electores, quam ipſe ele-
„ ctus per propriam ſufficientiam a nobis electionem

„ ipſam

Digitized by Google

„ ipſam pecierint cum inſtantia confirmari, premiſſum
„ electum per nos ſeu auctoritate noſtra plenarie inſti-
„ tui in ipſius Eccleſie Pontificem & Paſtorem per cu-
„ juſdam procurationem Inſtrumentum decreti proceſſus
„ & forme ipſius electionis, & requiſitionis ac preſta-
„ cionis conſenſus ejuſdem electi ſuper illam ſolempni-
„ ter procurantes. Nos vero volentes in hoc .....
„ ordinem obſervare & illud amplius dicentis *nemini cito*
„ *manum imponas* etiam attendentes vos & veſtrum quoſ-
„ libet, ac univerſitates ipſas tenore preſentium pu-
„ blice ac peremptorie requirimus & citamus ſuper hoc
„ peremptorie vos monentes quatenus quicumque veſtrum
„ nolluerint, & petierint, vel intendunt contra perſo-
„ nas ipſorum eligentium, vel Electi, vel contra ele-
„ ctionem eamdem quidquam opponere vel docere ad
„ ejuſdem electionis confirmationem, ſeu requiſitionem
„ predictam impediendam vel etiam retardandam infra
„ dies octo poſt harum noticiam ſeu publicationem apud
„ Eccleſiam ipſam factam compareant apud Arcem de
„ Angleria (2) legiptime coram nobis oppoſituri quid-
„ quid voluerint & potuerint contra ipſa, quem ter-
„ minum octo dierum quibuſcumque perſonis, & uni-
„ verſitatibus pro primo, ſecundo, tertio, & perem-
„ ptorio aſſignamus ut parcatur laboribus & ex penſis,
„ & ne ipſa Eccleſia Domini maneat in ſuſpenſo. In-
„ ſuper religioſo viro .... Abbati Seravallis de Lau-
„ de, & viro provido Presbitero Baſſiano Canonico Ec-
„ cleſie Sancti Geminiani Laudenſis damus preſentibus

„ in

(2) *Ob turbas Mediolani in Vicecomites excitatas in arcem Angleriae Franciſcus ſe receperat, Vide Saxium p. 765.*

Digitized by Google

„ in mandatis quod ipsi ambo vel alter eorum auctori-
„ tate nostra has litteras apud ipsam Ecclesiam Lauden-
„ sem dum ibi missarum solempnia celebrantur ex parte
„ nostra debeant publice & juxta tenorem ipsarum pu-
„ blicum generale & peremptorium edictum proponere
„ apud illam, ut nullus possit circa hoc ignorantiam
„ allegare. Termino vero predicto elapso ad requisita
„ procedemus jure previo cujusquam absentia non ob-
„ stante, mandantes de ipsarum publicatione & edicti
„ propositione instrumentum confici nobis postea assi-
„ gnandum, presentes vero nostro sigillo roborari jus-
„ simus in testimonium premissorum quas ad Cancella-
„ riam registrari jussimus per Notarium fide dignum.
„ Data in Archiepiscopali Arce de Angleria millesimo
„ trecentesimo septimo, indictione quinta, die decimo
„ tercio mensis Junii (3).

„ Ego Graciottus de Laqua Palatii Notarius his in-
„ terfui & rogatus hanc cartam . . . . & scripsi.

IV. Post Johannis XXII. constitutionem, qua ut diximus, Episcoporum in Provinciis Aquilejensi, Mediolanensi &c. electionem ad se avocavit, ad Romanos Pontifices Laudensium quoque Episcoporum electio pertinuit.

CA-

(3) *Saxius Chartam quamdam exhibet commutationis a Francisco editam Kalendis Aprilis ejusdem anni; tum monet Franciscum sequenti anno diem supremum obiisse.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

Antiqua consuetudo in deducendo ad principem Laudensem Ecclesiam novo Episcopo.

I. MEdio aevo notum est advocatos quosdam Ecclesiarum exstitisse, idque munus *stabile factum fuisse in una Familia*, ut loquitur Muratorius *Ant. Ital. T. IV. Diss. 63. col. 297., & Feudorum ad instar in liberos ac descendentes transiisse*. Ad hanc autem familiam spectabat olim novum Episcopum equo insidentem ad princeps Urbis templum deducere, manu heinc illinc tentis habenis, quod barbare *addestrare* majores nostri vocabant.

II. Laude ad nobilissimam Trexenorum Familiam hocce munus spectabat. In jus nobilium, qui Episcopum ad templum deduxerant, equus cedebat. Heinc inter Laudenses Episcopos, & Trexenos lites non semel exortae fuerunt. Unam aut alteram heic chartam exhibebo ad hasce discordias pertinentem, quae ritum istum a Muratorio descriptum (*ibid. col. 298. seqq.*) illustrabit. Anno 1169. ea contigerunt quae in sequenti instrumento narrantur.

„ Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi „ millesimo centesimo sexagesimo nono secunda die mar„ cii. Discordia erat inter Dominum Albertum Dei gra„ tia tunc temporis Laudensem Episcopum & ex altera „ parte Dominos de Trexeno; discordia talis erat. Di„ cebant Domini de Trexeno scilicet Calvus, & filius „ ejus Vido & Vilielmus frater ejus, & reliqui omnes „ de Trexeno quod Domnus Episcopus debebat dare eis „ pala-

Digitized by Google

„ palafredum (1) ſuum ſuper quo ſedebat quando pri-
„ mum Laudenſes duxerunt eum in civitatem ſuam ut
„ eſſet Epiſcopus ibi, & petebant quattuor calligas bo-
„ nas de Scarlata, & idcirco petebant illi de Trexeno
„ illum palafredum, & illas quattuor calligas quia ipſi
„ adeſtraverant eum Epiſcopum venientem a Civitate
„ Pergami fere per miliarum unum longe a Civitate
„ Laude uſque in Eccleſiam majorem (2) & dicebant
„ illi Domini quod Feudum eorum tale erat (3), quod
„ ipſi debebant adeſtrare omnes Epiſcopos Laudenſes ve-
„ nientes ab aliis partibus quando intrabant Epiſcopi
„ primum civitatem Laude, & tunc debebant habere
„ palafredum Epiſcopi quem adeſtrabant, & quattuor
„ calligas de Scarlata ut dicebant. Reſpondebat Dom-
„ nus Epiſcopus Albertus ſe non debere dare Dominis
„ illis palafredum ſuum propter hoc nec calligas ſimili-
„ ter, nec feudum eorum erat ut ipſi dicebant. Alle-
„ gationibus vero hinc inde allatis ſub Judicibus & da-
„ tis etiam teſtibus venerunt Domini de Trexeno &
„ miſerunt ſe in poteſtate Domni Epiſcopi ad voluntа-
„ tem ipſius, & ipſe Epiſcopus ex gratia quam me-
„ ruerant apud ipſum propter ſervitium quod fecerant
„ Epiſcopo & propter honorem quem fecerant illi in
„ adeſtrando eum Epiſcopum donavit illis quadraginta
„ ſolidos mediolanenſium denariorum nove monete hoc

„ pacto

(1) *Alias* palafrenum *dicebatur*

(2) *Mutinae* a porta tantummodo Civitatis uſque ante fores Eccleſiae Majoris *Epiſcopus a Balugolis deducebatur*.

(3) *Sic etiam Balugolae apud Muratorium* l. c. col. 299. factum Palafreni *dicebant* ad ipſos pertinere per feudum.

Digitized by Google

„ pacto & conventione ut numi isti eo quod dõnati „ sint illis ab Episcopo non possint tollere rationem ali- „ quam Episcopatui in aliquo tempore & hoc pacto ut „ datio ista denariorum nec prolit nec obsit aliqui par- „ tium nec inde adquiratur ratio vel possessio; hoc fa- „ ctum est in domo Episcopi in presentia infrascripto- „ rum. Hii sunt Bezo de Bagnolo, Marbotgarius, Al- „ bertus Pavaro, Manfredus Morena, Lanfrancus Medi- „ cus, Petrus de Pladena, Cireta Clericus de Rivolta. „ Ego Uviscardus de Arizago Clericus Episcopi per para- „ bolam Episcopi, & quia tunc eram ibi scripsi hec in „ memoriam omnium Episcoporum qui futuri sunt Laude.

III. Anno 1218. res novo Episcopo Ambrosio felicius cessit. Trexeni enim illi equum donarunt, ut sequens charta nos docet

„ Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi „ millesimo ducentesimo decimo octavo, octavo die Ma- „ dii indicione sesta. In presentia Domini Lanfranci „ Codecasa & Alberti de Somaripa & Jacobi de Sella- „ rano & Zanebelli Pitese & Monaci de Guasco Cano- „ nicorum testium rogatorum. Dominus Passus de Tre- „ xeno & Raufus de Trexeno & Manfredus de Trexe- „ no & Oldratus de Trexeno & Oldratus filius quon- „ dam Alberti de Trexeno per se & per alios de Tre- „ xeno. Et tunc venerunt ante Dominum Ambrosium „ tunc Episcopum Laude in palatio Episcopatus. Domi- „ nus Oldratus de Trexeno filius quondam Guilielmi de „ Trexeno dixit pro se & suprascriptis de Trexeno ta- „ lia verba: Domine Episcope vos rogastis nos, ut de „ equo, quem habuimus, ideo quia adextravimus vos,

„ quan-

Digitized by Google

„ quando fuiſtis conſecratus, & veniebatis a conſecra-
„ tione, faceremus vobis donum & gratiam. Et nos
„ habuimus inſimul & in concordia, talem facimus vo-
„ bis reſponſionem. Quia nos habemus voluntatem
„ exaudire preces veſtras, predictum equm vobis dona-
„ mus & de eo vobis gratiam facimus. Et tunc Do-
„ minus Epiſcopus dixit: & ego vobis refero grates.
„ Et tunc dictus Domnus Epiſcopus dixit & nos mit-
„ temus eum accipere. Actum in predicto palatio.

„ Ego Albericus Codecaſa Domini Henrici Impe-
„ ratoris Notarius rogatus a ſupraſcriptis de Trexeno
„ hanc cartam ſcripſi.

Digitized by Google

LAUDENSIUM EPISCOPORUM SERIES

A Ferdinando Ughellio primum contexta, deinde a Nicolao Coletio aliquantulum aucta, nunc tandem a Francisco Antonio Zacharia Societatis Jesu Presbytero, atque Ateſtiae Bibliothecae Praefecto reſtituta, emendata, pluribuſque nondum editis documentis locupletata.

I. ANONYMUS in teterrima Diocletiani & Maximiani Imperatorum perſequutione cum Clero & ingenti Civium numero (ad MCCCCLXXXVI. percenſent Acta, quorum Ferrarius in *Catalogo Sanctorum Italiae p.* 459. compendium exhibet) Marciani Praeſidis juſſu in ignem conjectus eſt, & concrematus X. Kal. Auguſti a. CCXCVIII. quo vel generalis indicta eſt a Diocletiano in Chriſtianos perſequutio, quod Pagius cenſuit, vel quod alii malunt, peculiaris in Chriſtiani nominis Milites cujuſmodi Julianus Laudenſis in hac tragoedia fere princeps, vexatio ab Imperatore crudeliſſimo commota fuit. In Eccleſiae S. Petri Laudae veteris ara principe reperta eſt, atque etiamnum adſervatur marmorea arcula in qua reliquias horum Sanctorum condi pervetuſta traditio docet.

II. S. Julianus poſt teterrimam Diocletiani perſecutionem, Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt circa annum Domini 305. numeraturque tertius in antiquis monumentis Laudenſis Eccleſiae. Sancte pieque praefuit annos 18. menſes 8. dies 19. atque ceſſit, cum octua-

geſi-

Digitized by Google

geſimum ſecundum ageret annum. Eius Sacrum corpus intulerunt in Eccleſiam S. Petri veteris Laudis Pompejae, indeque tranſtulere in novam Cathedralem. Ejus feſtum celebratur 4. id. Octobris, ut refert Ferrarius in *Catalogo Sanctorum Italiae*.

ADNOTATIO.

Haec de eo Martyrologium Laudenſe IV. Eidus Octobris. *Laudae S. Juliani ejuſdem Civitatis Epiſcopi & Confeſſoris ſanctitate clari, cujus corpus arca argentea incluſum Ludovicus Taberna Epiſcopus Laudenſis in altare ſubterraneum majus Cathedralis noſtrae collocavit.*

III. S. DIONYSIUS Conſtantis, Conſtantinique Imperatorum temporibus floruit: cujus mentio exſtat in Apologia S. Athanaſii ad Conſtantinum Auguſtum, quam retulit Baron. in ſuos Annales *tom.* 4. *ad an.* 346. Poſt hunc in tabulis ejuſdem Eccleſiae legitur S. Genebrardus, at hic non Laudenſis, ſed Laudunſis in Gallia Epiſcopus fuit, qui vixit anno 500. De quo Sigebertus, Flodoardus, Hincmarus, Molanus Nonis Septembris *addit. ad Uſuardum* legendus Claudius Robertus in *Catalogo Laudunenſium Praeſulum*.

ADNOTATIONES.

Audiendus heic Cl. Saxius *in Mediol. Antiſti. Hiſtoria p.* 64. „ Sane non deſunt qui hujuſmodi lectionem ex „ eadem Apologia deſumptam tueantur; exiſtimant enim,

 „ ſcri-

Digitized by Google

„ ſcripſiſſe S. Athanaſium, dum alios Epiſcopos recenſet,
„ qui eum comitati ſunt ad Conſtantii Auguſti colio-
„ quium, loco Laudae, *Dionyſium Leidis*; quocirca Domi-
„ nus Bruzen la Martiniere in ſuo dictionario magno
„ Geographico inquirens, quae foret haec Civitas, Lau-
„ dem Pompejam deſignat. Attamen recentiſſimus Au-
„ ctor magni Operis, inſcripti *Oriens Chriſtianus*, Michael
„ le Quien opinionem hanc prorſus refellit; referens
„ namque Apologiam S. Athanaſii, ubi fuiſſe dicitur ſo-
„ cius ejuſdem *Dionyſius Leidis*, legendum eſſe afferit *ab*
„ *Elide*; Elis autem eſt Achajae Civitas, quemadmodum
„ memoratus le Quien agens de Eccleſia Elidis tradit.
„ Quomodo ergo poterat eſſe hic Dionyſius, Epiſcopus
„ Laudae in Italia? Certe in genuina Scriptione Apolo-
„ giae praedictae Maurini Monachi, Operum S. Athana-
„ ſii Editores eamdem vocem retinuere *Leidis*, quam Eli-
„ dem Civitatem Achajae eſſe P. le Quien invicte pro-
„ pugnat. Cur autem transferri debeat ad Laudem Pom-
„ pejam, deficientibus vetuſtis monumentis, & Scripto-
„ rum teſtimoniis, nos ignorare fatemur. Omittimus,
„ eamdem difficultatem, quam Albenſibus objecit Pape-
„ brochius, proponi poſſe etiam contra Laudenſes; eſſe
„ videlicet contra morem antiquae Eccleſiae haſce Epi-
„ ſcoporum Translationes. Nihilominus Laudenſes San-
„ ctum hunc Dionyſium Martyrologio ſuo Manuſcripto
„ inſertum oſtentant ſub die XXV. Maji, ſed aetas,
„ qua Codex iſte exaratus fuit, & quando illatum ſit
„ in eumdem S. Dionyſii nomen, non exprimitur; niſi
„ forte conſcriptus fuiſſe dicatur, jubente Gregorio XIII.
„ Pontifice Maximo, loco Martyrologii Romani Anno
„ MDLXXXIV.

Digitized by Google

„ MDLXXXIV. Insuper addunt Laudenses, a vigi-
„ lantissimo Antistite Josepho Gallarato, nunc Lauden-
„ sem Ecclesiam egregie administrante, impetratam fuis-
„ se facultatem a Sacr. Rit. Congregatione extendendi ad
„ universam Dioecesim cultum, & Sacra Officia in me-
„ morati S. Dionysii honorem. Verum facultas ista evin-
„ cit quidem possessionem cultus perennis, ex quo in-
„ ducta est in Laudense Martyrologium Sancti Dionysii
„ memoria, non tamen definit, eum vere fuisse Eccle-
„ siae illius Episcopum. Ceterum, quemadmodum ab ini-
„ tio professi sumus, hujusmodi gloriam, qualis ea sit,
„ Laudensibus libentissime relinquimus, cum non alia
„ ratione moti, de hac re differuerimus, nisi ut veri-
„ tatem e superiorum aetatum tenebris, quantum nobis
„ licebat, erueremus, & ne injurii esse huic Praesuli
„ videremur, si collata meritis, & compertae jamdudum
„ per Italiam singulari ejusdem Sanctimoniae, Episcopa-
„ lia illustrium Ecclesiarum decora, quae ab aliis Scri-
„ ptoribus memorantur, ingrato silentio praeteriissemus.“
Ego vero primum non patiar Laudensibus eripi Diony-
sium ab Athanasio memoratum. Nam licet doctissimi S.
Athanasii editores non *Laudae* aut potius *Laudis*, sed *Lei-
dis* Episcopum Dionysium eo loco nobis obtrudant, ta-
men ceterorum qui ibi a S. Athanasio memorantur, Epi-
scoporum sedes quum in Italia fuerint, Italum quoque
Episcopum fuisse Dionysium indicant, non in Elide quae-
rendum. *Hujus rei testis est*, inquit Athanasius, *Fortuna-
tianus Aquilejae Episcopus, Crispinus item Patavii Episcopus,
Lucillus Veronae, Dionysius* Laudae, *& Vincentius Campaniae.*
At *Leidis* plures MSS. Codices praeseferunt. Fateor; cor-

Digitized by Google

rupta tamen lectio est, vel ipso le Quienio teste, qui *Elidis*, seu *ab Elide* legendum ibi contendit; cur non ergo LAVDIS potius legamus, quod nomen neque a Codicum lectione admodum distat, & a reliquorum Episcoporum sedibus eo loci commemoratis quodammodo postulari videtur?

Quod vero ad quaestionem spectat, num Dionysius Laudensis idem sit qui Mediolanensium Praesul, si una illa de Episcoporum translationibus ab eorum temporum usu perquam alienis Papebrochii observatio a Saxio cooptata Laudensibus obstaret, nullo negocio tueri se Laudenses possent exemplis, quae Cl. Thomassinius in hanc rem erudite congessit de *Benef. p. II. lib. II. cap. LXI.* & multis ante illum saeculis adtulerat Socrates *hist. Eccl. l. VII. c. XXXVI.* Enimvero Canones spontaneas transmigrationes cum primis vetuere; tum translationes, quae ambitus opumve caussa curarentur; illas porro, quae vel a Conciliis, vel a Metropolitis communis boni, atque Ecclesiae necessitatum gratia indicerentur, quis dixerit a Canonibus fuisse proscriptas? At si quid video, de Laudensium caussa conclamatum est, si Athanasii verba accuratius perpendantur. Nam quo anno Apologiam illam suam Athanasius conscripsit, anno inquam 356. Protasius Mediolanensis Antistes diem suum obierat; Athanasius enim citatis antea verbis continenter addit, *& quia defuncti sunt Maximinus Treviris, & Protasius Mediolani Praesides, Eugeniusque qui Magister erat, testes citari non possunt.* Quum igitur Protasio defuncto Mediolanensis Ecclesiae regimen S. Dionysius susceperit, Dionysius Laudensis, cujus Athanasius meminit, alius ab eo

sit

Digitized by Google

sit oportet. Etenim anno 376. Athanasianus Dionysius Laudensi Ecclesiae praeerat, at Dionysius alter ab anno 352. Mediolanensem Pontificatum gerebat. Certe si Dionysius ab Athanasio appellatus Mediolanensis fuisset Antistes, non Dionysium *Laudae* Athanasius dixisset, sed *Dionysium tunc Laudae nunc Mediolani*. Stet itaque Laudensibus suus Dionysius; sinant tamen ut eum a Mediolanensi Dionysio secernamus.

Interea tria ex Athanasio constant de Laudensium Dionysio. Primum est eum anno 347. cum ipso S. Athanasio in Gallias fuisse profectum, quo ab Imperatore Constante fuerat Athanasius adcersitus. Alterum eodem anno 347. (communes Chronologorum rationes heic sequor, etsi illas novi a doctissimo P. Mansio non contemnendis argumentis improbatas) Sardicensi Concilio interfuisse Dionysium; hujus enim Concilii causa quum Gallicana illa profectio ab Athanasio aliisque Episcopis suscepta fuerit, mirum esset, ceteros Sardicam deinde contendisse, non item Dionysium. Tertium est, anno 356. quo Apologiam ab Athanasio editam indicabamus Dionysium nostrum in vivis etiam tum fuisse.

IV. S. GENEBRARDUS, de quo haec Laudense Martyrologium XV. Kal. Januarias. *Laudae S. Genebrardi Episcopi Laudensis & Confessoris Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium, qui successorem habuit D. Bassianum S. Laudensis Ecclesiae Patronum*. Frustra Ughellius Laudensibus S. hunc Antistitem eripere supra conatus est, quod a. 500. in Laudunensi Ecclesia Genebrardus quispiam sederit. Triginta supra centum annorum intervallum quod inter utrumque intercedit, monere illum debuerat, alium esse

Lau-

Digitized by Google

Laudenſem, alium Laudunenſem Genebrardum. Ne vero quiſquam miretur, Genebrardum Canonicis Regularibus adcenſeri, quos nonnulli a S. Auguſtino ajunt, plures Ludovico Pio imperante, ſub annum 816., alii undecimo tantum ſaeculo conſtitutos fuiſſe arbitrantur, legat is Anonymi *de Canonicorum Ordine diſquiſitiones*, Chaponeti *hiſtoriam Canonicorum* Pariſiis Gallice editam 1699. Gabrielem Pennottum *in hiſtoria Canonicorum Regularium* Romanis typis 1624. expreſſam, & Johannis Baptiſtae Malegarii *Inſtituta & progreſſus Clericalis Canonicorum Ordinis* Venetiis 1648., qui Canonicos Regulares primitivae Eccleſiae aequales fuiſſe contendunt.

V. S. BASSIANVS (*a*) Patria Syracuſanus, Laudenſis creatus Epiſcopus anno 378. die prima ineuntis Januarii inauguratus fuit. Exſtruxit templum in honorem SS. Apoſtolorum anno 380. (*b*) quod praeſentibus Sanctis Ambroſio Mediolanenſi, Feliceque Novocomenſi Praeſulibus conſecravit (*c*). Hoc tempore tamen S. Baſſiani templum appellant. Aquilejenſi Concilio (*d*) interfuit cum S. Ambroſio anno 381. adfuitque ejuſdem obitui anno 397. (*e*) Cumque ipſe pie ſancteque per triginta quinque annos Laudenſem Eccleſiam adminiſtraſſet miraculis clarus evolavit ad coelum ann. 413. (*f*) nonagenarius die 19. menſis Januarii ſepultuſque eſt in veteris Laudis Pompejae Cathedrali, indeque illatus in novam anno 1164. (*g*) die 4. menſis Novembris (*h*) habeturque praecipuus Divus Tutelaris Laudis Pompejae (*i*). Illius meminit Martyrologium Romanum die 19. menſis Januarii, Baronius in notis, Corus, Sigonius, S. Ambroſius in epiſtolis, Paulinus in

vita

Digitized by Google

vita S. Ambrosii, Mombritius, Petrus de Natalibus, Galesinius, Octavius Cajetanus in Idea SS. Siciliae, Defendens, & nuper doctissimus Jo. Bollandus *tom.* 2. *actor. Sanctorum* aliorum fuse refert de eo monumenta.

ADNOTATIONES.

(*a*) Bassiani nomen varie in MSS. editisque libris effertur; *Basianus* enim, *Bassanus*, & *Basilianus* dicitur, quemadmodum Bollandus *num.* 4., atque Harduinus in Indice Episcoporum Geographico docent; immo & *Basilius* nuncupatur, si tamen *Basilius* ille, cujus in Epistola Constantinopolitani Concilii a. 382. mentio fit, Bassianus est (quod ad *eum annum* §. IX. censuit Baronius) nec potius aliquis Galliarum, Hispaniarumve, aut etiam Africae Metropolita, ut suspicatur Tillemontius *in S. Ambrosii vita artic.* XXXI.

(*b*) De hoc infra.

(*c*) Confer S. Ambrosii epistolam LX.

(*d*) Acta hujus Concilii, quae a Tapsensi Virgilio conficta Chifletius noster existimavit, habes *T.* 1. *Harduinianae Conciliorum collectionis col.* 835. Porro de eo Concilio vide differentes Tillemontium *in S. Ambrosii vita artic.* XXII. *seqq.*, & doctissimum P. de Rubeis in *Monumentis Ecclesiae Aquilejensis cap* LX.

(*e*) Vide Acta S. Bassiani apud Bollandum *cap.* V. & Paullinum *in Vita S. Ambrosii*. Praeterea inter Episcopos, qui epistolae S. Ambrosii Synodicae ad Siricium Papam subscripsere a. 389., Bassianus quoque noster reperitur. Vide epistolam illam *T.* I. *epistolarum Romanorum Pontificium a Coustantio editarum*.

Ita

(*f*) Ita quidem lectiones habent, quibus Laudenſis Eccleſia in Officio Sancti utitur. Annus porro ille 413. notatur in Faſtis poſt Conſulatum Honorii IX. & Theodoſii V. ſive Lucio & Heracliano Conſulibus, non (quod Bollandus ſcribit) Lucio V. C. ſolo Conſule. At Sancti imagini ſericeo tegmine, quo ſacrum ejus corpus obvolutum reperit a. 1583. Franciſcus Boſſius Novarienſis Epiſcopus, atque Apoſtolicus Viſitator, effictae haec legebantur adſcripta: D. O. M. ANIMAM REDDIT DEO DIVVS BASSIANVS XIV. KAL. FEBRVARII. CCCCXII. Alia omnia habent Acta, quae ex Mombritio Bollandus refert. *Rexit* (en Actorum verba) *Laudenſem Eccleſiam* XXXV. *annos &* XX. *dies*. *Nonageſimo vero vitae ſuae anno, humo quod ſuum fuerat* (reliquit) *polumque gaudens adiit Honorii octavo* (ſcilicet Conſulatu) *ac Theodoſii* (Junioris Auguſti III.), anno ſcilicet CCCCIX., ut proinde natus fuiſſe dicendus ſit a. 319., Epiſcopatum vero ſuſcepiſſe an. 374. Porro quamvis Mombritiana illa Acta remotiſſimae antiquitatis non ſint (quod praeter ea, quae Tillemontius *in vita S. Ambroſii artic. XXIV.* redarguit, ſatis ipſe ſtylus oſtendit); illis tamen vix quidquam vetuſtius proferri poterit, quo Chronicae eorum notae infirmentur. Immo quum a. 380. Templum in honorem SS. Apoſtolorum S. Baſſianus dedicarit, veroſimilius fit a. 374. quam 378. Epiſcopum renunciatum fuiſſe, ne primas illius curas templi hujus conſtructionem fuiſſe dicamus, & longius aedi ſacrae condendae temporis intervallum ſtatuamus.

(*g*) Immo 1163. quemadmodum ex Ottone de S. Blaſio Bollandus optime conjecerat; nam & Otto Morena

Digitized by Google

rena aequalis illorum temporum Scriptor *T. VI. Rer. Italic. col.* 1121. eumdem annum notat.

(*b*) Translationem S. Baſſiani his verbis citatus Morena deſcribit: *Ipſe enim met Apoſtolicus* (Victor Antipapa a Schiſmatico homine ſic appellatur) *& Imperator inclytus* (Fridericus), *& Patriarcha Aquilegiae, & Abbas Cluniacenſis cum aliis quibuſdam Epiſcopis & Archiepiſcopis extra Eccleſiam majore de Laude-veteri corpus ipſum pretioſum ſuis humeris portavere, & ab aliis deinde tam Clericis quam Laicis ad novum Laudae tranſvectum eſt, obtulitque ipſi Clementiſſimus Imperator ad fabricationem Eccleſiae triginta libras denariorum Imperialium; ſereniſſima vero Fugalis ejus obtulit ipſi Beato Baſſiano libras quinque.* Confer Bollandum *a num.* 5.

(*i*) Poſt hanc translationem recognitum non ſemel fuit Sacrum Baſſiani Corpus, nempe a Boſſio a. 1583. quemadmodum nuper ajebam, & anno 1758. VIII. Kal. Martias ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Laudenſium Epiſcopo Joſepho Galleratio, per cujus humanitatem mihi quoque licuit exuviarum quantovis auro pretioſiorum adſpectu frui.

(*k*) Heinc in effigie ſericeo tegumento adpicta, quam ſupra memorabam, haec ſub Sancti Antiſtitis pedibus aureis litteris inſcripta fuere: *Sanctiſſime Confeſſor Chriſti Baſſiane Paſtor & Dux populi Laudenſis intercede pro noſtra omniumque ſalute.*

VI. S. CYRIACVS epiſtolam Synodalem Euſebii Epiſcopi Mediolanenſis ſubſcripſit anno 454. (*a*) doctrina, morumque ſanctimonia clarus fuit. Ab Attila Hunnorum Rege multa paſſus eſt, dum cum Laude Pompeja plura alia Ciſalpinae Inſubriae Oppida popu-

lare-

laretur, excidereique. Anno 452. deceſſit Cyriacus, ſepultuſque eſt apud S. Baſſianum (*b*).

ADNOTATIONES.

(*a*) Venetus Ughellii editor Coletus a. 452. margini adſcripſit. Certe qui a. 452. mortuus paullo poſt dicitur, a. 454. Euſebii Synodicae ſubſcribere minime potuit. Verum fortaſſis epiſtola illa, quae XCVII. eſt inter Leonianas Ballerinianae editionis, & praeterea T. I. Harduinianae Conciliorum editionis *col.* 1782. legitur, ad ſuperiorem annum 451. referri veriſimilius debet.

(*b*) Hoc illi poſitum fuiſſe epitaphium ſcribit Alexander Ciſeri in libro praenotato *Giardino Iſtorico Lodigiano*, editoque Mediolani 1732.

Si quaeris lector tanto quis dignetur honore
Hic jacet Cyriacus vates Chriſti
morum clarus, doctus, honorificus
Caſtus, pius, bonus, honeſtus.

Ut ut eſt (nam unde epigraphen hauſerit, hiſtoricus ille non indicat) Cyriacum Laudenſes recolunt XXVII. Auguſti, quo die miror ne inter praetermiſſos quidem fuiſſe eum a Bollandianis commemoratum; hocque exornant elogio in Martyrologio: *Laudae S. Cyriaci ejuſdem Civitatis Epiſcopi & Confeſſoris doctrina & ſanctitate clari, cujus corpus in Eccleſia S. Petri Laudae veteris dicitur adſervari.*

VII. S. TITIANVS Alemannus Cyriaco ſucceſſit circa

irca annum Domini 475. duos tantum annos hanc re-
it Ecclesiam, sancteque decessit anno 477. Kal. Maji
upra quinque quinquagenarius, sepultusque est in ve-
eri Cathedrali S. Petri (*a*). Hoc eodem anno, quo
Titianus ad coelum evolavit, Odoacer Herulorum Rex
aud procul Laude Pompeja cum Oreste Augustuli Impe-
atoris genitore congressus, insignemque victoriam re-
portans, Occidentis dominationem invasit, ut refert
Blondus in *Italia illustrata*. Titianum memorat Ferrarius
in *Catalogo Sanctorum Italiae* die 4. mensis Maij, quo die
ejus festum celebratur (*b*). Cujus sacrae reliquiae in
eadem Ecclesia veteris Cathedralis anno 1640. inventae,
solemni pompa ibidem sub ara maxima reconditae fue-
runt, ut sequens inscriptio marmori incisa docet.

Corpus S. Titiani Laudensis Episcopi
cum aliquot
Sanctorum Innocentium reliquiis
sub hac Ara fuit inventum
iterumque repositum
praemissa solemni translatione M. DC. XL.
die VI. Maij
Laudae Antistite Clemente Gera Novariense

ADNOTATIONES.

(*a*) Carolus Antonius Remitale in libro quem an-
no 1741. edidit Mediolani hoc titulo: *Esemplari domestici
di Santità proposti a' Lodigiani*, ex MSS. Vairani refert
hanc S. Titiano epigraphen positam olim fuisse.

TI-

TITIANVS VATES CHRISTI DOCTRINA PERITVS
EMERITVS MILES CHRISTI DE CRVCE REQVIRENS
MEMBRA SOLO POSVIT. COELI. PERREXIT AD ASTRA
EXCELSVS CONGREGAVIT. OPES. MVNDVSQVE SACERDOS
BENIGNVS. REXIT. POPVLOS. POST. ANNOS. NVMERO VITAE
LV. QVIEVIT. IN. PACE. KAL. MAII. BASS. ET. ARMATO
VIC. COSS.

Ubi certe mendum irrepsit; Scriptum enim in marmore fuerit BASIL. ET ARMATO VV. CL., *Basiliſco, & Armato Viris Clariſſimis*. Porro Baſiliſcus & Armatus Conſules proceſſere a. 476. Quamobrem Titiani obitus non anno 477. ſed 476. conſignandus erat.

(*b*) De eo Acta SS. Maij *T.* 1. *p.* 498., *Coletus*.

VIII. S. VENANTIVS. Hujus meminit S. Gregorius Magnus *lib. IV. Epiſt. XXII.* ad Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum. De Lunenſibus ſermo in ea epiſtola, ſi quibuſdam S. Gregorii editionibus, Ripamontio, & Saxio fidem habemus: quamobrem fieret, ut Venantius Lunenſium Epiſcopus dicendus eſſet. Verum manuſcripti Codices, quos magno numero citant ac ſequuntur doctiſſimi Patres S. Mauri in nupera S. Gregorii editione, *Laudenſium* habent, non *Lunenſium*. Accedit, quum Mediolanenſi Archiepiſcopo ſubditi eſſent Laudenſes Clerici, de eorum emendandis moribus ad Conſtantium tamquam ad illorum Metropoliten jure Gregorium litteras perſcripſiſſe; at quid Mediolanenſium Antiſtiti cum Lunenſibus? ut de his corrigendis ſollicitus Conſtantius eſſet? Laudenſem ergo Epiſcopum fuiſſe Venantium nullus dubito. Quare quum epiſtola illa

a S. Gre-

Digitized by Google

S. Gregorio Indictione XII. seu anno 594. scripta fuerit, annus quoque constat, quo Venantius Laudensem Ecclesiam administrabat.

IX. S. DESIDERIVS. Haec de eo Laudense Martyrologium III. Eidus Februarii. *Laudae S. Desiderii ejusdem Civitatis Episcopi & Confessoris ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium.* Addunt aliqui S. Desiderium ab Johanne de Nigravalle S. R. E. Bibliothecario memorari libro qui inscribitur *Epilogus Chronicorum, Epilogo XVIII. cap. XVIII. num.* 266. At neque Oldoinus hujus S. R. E. Bibliothecarii, neque Fabricius, aut alius quispiam, qui de Ecclesiasticis Scriptoribus egerit, hujus operis meminit; quare illud cum ignarissimis ignorare me fateor.

X. DONATVS Laudensis Episcopus doctrina, sanctimoniaque vitae fuit insignis, interfuit Concilio (*a*) sub Agathone Pontifice, illudque subscripsit anno 679. (*b*) adfuitque Synodo Provinciali sub Mansueto Archiepiscopo Mediolanensi, quae propter eundem fuerat celebrata (*c*). Post hujus Episcopi excessum, series Praesulum Laudensium per spatium ducentorum annorum abrupta decurrit, cum in excidio veteris Laudis Pompejae antiqua hujus Ecclesiae monumenta deperissent.

ADNOTATIONES.

(*a*) Romano.

(*b*) immo 680. Vide Harduinum *T. III. Concil. col.* 1134. Sunt qui velint Donatum Oecumenicae Synodo VI. subscripsisse. Sed illi oppido falluntur. Nam Agathonis Epistolae, quae in sexta deinde Synodo recitata est, Donatus subscripsit.

Digitized by Google

(*c*) Nullum aliud a Manſueto celebratum Conc lium fuit, quam Monothelitarum cauſſa, illudque a. 67 antequam cum ſuae Provinciae Epiſcopis ad Romana Agathonis Synodum proficiſceretur. Quare Ughellius no ſatis apte Mediolanenſis Synodi poſt Romanam mem nit, nec *propter eumdem* (Manſuetum) ſed *per eumd* Mediolanenſe Concilium coactum ſcribere debuit.

XI. HIPPOLYTVS. Prodit nunc primum Hip polytus in Laudenſium Epiſcoporum indice ex veter monumento, quod Cl. Muratorius edidit in tertio *Anti quitatum Italicarum* volumine *col.* 555. *Epolitus enim humi lis Epiſcopus Sanctae Catholicae Laudenſis Eccleſiae* medietatem curtis Alphiani a Giſulpho relictam, ut ejus pretium in pauperes diſtribueretur Ganderiſio Rectori Monaſterii S. Mariae Brixienſis vendit XVII. Septembris a. 759. Cujus quidem venditionis a. 761. in Charta Anſelper tae mentio recurrit apud eumdem Muratorium *T. V.* p. 500. In vivis porro fuiſſe Hippolytum anno illo 761. ex eo conijcio, quod haec ibi legantur: *unde aliam te lem medietatem ante hos annos jam dicta Anſelberga ex com paratione habere videris de Epolito Epiſcopo Civitati Laudenſi, & quod ipſe quondam genitor noſter inſtituerat* &c. Videri quoniam genitor facto functus fuerat, dicitur *quondam genitor*; de *Epolito quondam Epiſcopo* dici ergo debuerat, ſi & hic e vita deceſſiſſet. Vivebat igitur etiamtum Hip polytus, qui nulla mortis indice particula deſignatur.

XII. ERIMPERTVS a. 827. Mantuae interfuit Concilio ad ſedandas Gradenſem inter & Aquilejenſem Patriarcham controverſias celebrato. Acta hujus Syno di adfert illuſtratque Cl. P. de Rubeis in Monumentis

Eo-

Digitized by Google

Eccleſiae Aquilejenſis *cap. XLVII. col.* 414. *ſeqq.*

XIII. RAIGLETVS (*a*) vixit temporibus Gregorii IV. Ludovicique Pij Imperatoris, a quo poteſtatem accepit erigendi in Monaſterium Eccleſiam S. Petri, id deprecantibus Clericis ejuſdem Eccleſiae, quam optimus hic Praeſul opibus, privilegiiſque mirum in modum deinde locupletavit 831.

ADNOTATIO.

(*a*) Aliis Railetus.

XIV. ERIBERTVS (*a*) floruit anno 837. (*b*), Lotharioque Imperatori narratur fuiſſe familiaris, de quo mentio in vetuſto monumento tabularii Canonicorum Veronenſium apud Panvinum *antiquitatum Veron. lib.* 1.

ADNOTATIONES.

(*a*) Et *Ercanbertus* dicitur

(*b*) Sed etiam an. 842. Synodali decreto Angelberti Mediolanenſis Archiepiſcopi ſubſcripſit apud Muratorium *T. V. Antiquit. Italic. col.* 986.

XV. IACOBVS. Haec in Tabula Epiſcoporum Laudenſium de illo traduntur. *Eccleſiam S. Stephani, aliaſque de Ripalta, poſtmodum de Cornu nuncupatam, a Ludovico II. Imperatore erectam, & dotatam jure decimandi, honeſtavit. Ex privilegio ejuſdem* Ludovici *Papiae dato XIX. Januarii* 852. *ubi Conventu ſacrorum, & profanorum Procerum indicto*

Digitized by Google

(ait Sigonius de Regno Italiae l. 5.) *de immunitate Ecclesiastica, de moribus Ecclesiasticorum, de jurisdictione Comitum* &c. *mature fuit consultum*. Utinam indicatum Ludovici II. diploma videre mihi licuisset! Certe annus adscribi debuit 855. non 852. Conventus enim, de quo Sigonius *col.* 304. ad annum spectat 855

XVI. GERARDVS Papiae interfuit (*a*), dum Carolus Calvus Imperator Augustalibus insignibus nobilitaretur. De quo Sigonius *lib.* 5. *de Regno Italiae* (*b*). Ad hunc scribit Marinus primus Papa, anno 3. Caroli III. Imperatoris, qui fuit Christi an. 883., eidem commendans Monasterium Savinionis, tali tenore ex originali desumpto, quod exstat in Archivio Cathedralis Laudensis.

Marinus Episcopus Servus Servorum Dei.

„ DIlecto, reverendissimo (1) & sanctissimo Ge-
„ rardo Sanctæ Laudensis Ecclesiae Episcopo &
„ praesente (2) in eadem Ecclesia, & Monasterio Sa-
„ vinionis in perpetuum (3), te narrante cognovimus
„ munificentia Imperatorum, & Regum, qui nostris fue-
„ runt temporibus, quique erga eos industria obsequii
„ Coenobium Savinionis Ecclesiae tuae concessum, atque
„ praeceptis suis firmatum (4) esse eo videlicet ordine
„ seu tenore quod semper in eodem Coenobio regularis
„ insti-

(1) *Reverentissimo*, Autographum, quocum Ughellii editionem contendi.

(2) *& per te*

(3) *in perpetuum Te*

(4) *confirmatum*

Digitized by Google

„ inſtitutio diſciplinabiliter obſervaretur ſalvo jure con-
„ ceſſarum ſibi rerum in uſus proprios. Tu vero prae-
„ cavens ne poſt diſceſſum tuum quilibet ſucceſſorum
„ tuorum, aut alia ſaecularis poteſtas a proprio ſtatu
„ & ordine idem Coenobium ſubvertere poſſit res, aut
„ familias inde ſubvertendo (5), vel invadendo petiſti
„ fideliter authoritate Sedis Apoſtolicae, & privilegio
„ ea, quae ad uſus Monachorum, ac totius ejuſdem
„ Coenobii utilitatem cunctis poſſeſſionibus, ac recor-
„ dandae memoriae piiſſimo Ludovico quondam Auguſto
„ per praeceptum ſuum dudum (6) delegata, atque
„ conceſſa, & poſtea (7) diligenter proviſa aequani-
„ mitate (8) ſibimetque firmari (9), & quae deinceps
„ a quibuſdam (10) timentibus Deum ibidem collata
„ fuerint, videlicet ab urbe Derthona (11) quicquid
„ de ipſa eſt abbatiola (12) uſque ad ipſum Monaſte-
„ rium in eodem Comitatu Derthonenſi (13) Januenſi,
„ maris litore & Tuſcia, nec non vicum Arderatum
„ (14), & Paſqualini, & caſam de Papia cum maſ-
„ ſario in aurello. Reliquum vero ipſius abbatiolae Lau-
„ denſis Epiſcopus ad utilitatem ſuae Eccleſiae pro de-
„ fenſione & excuſatione eorumdem monachorum reti-
„ neret ac poſſideret, imploraſti ſcilicet pro omni ex-
„ cubia & expeditione tam palatina quam & hoſtili.
„ Nos igitur per gratiam, & poteſtatem, quae nobis

„ a Deo

(5) *inde ſubtrahendo*
(6) *ſuum*
(7) *poſtea a te*
(8) *aequanimiter*
(9) *confirmari*
(10) *a quibuſcumque*
(11) *Tertona*
(12) *abbaciola*
(13) *Tertonenſi*
(14) *Auderatum*

Digitized by Google

„ a Deo Apoſtolorum meritis collata ſicut ſuperius con
„ tinetur ambabus partibus juxta commune votum, &
„ moderationem aequam Apoſtolicaque (15) confirman
„ tes authoritate ſtatuimus auctore Domino Jeſu Chri
„ ſto inviolabile amodo ſic permanere. Sancimus quo
„ que ut cum praeſens ejuſdem loci Abbas Adalbertu
„ (16), vel ejus ſucceſſores ab hac luce divina voca
„ tione ſubtracti fuerint non aliunde, ſed de ipſa con
„ gregatione concorditer ſubſtituatur alter, ſi vero pr
„ ipſa electione, aut fratrum diſſenſione, vel etiam ali
„ qualibet ipſius loci neceſſitate Lauden. Epiſcopus un
„ que non alius, vel ejus miſſi idem Monaſterium au
„ cellas, aut curtes (17) ejus vocati in adiutorium ve
„ nerint non pluſquam XXX. homines, & caballos (18)
„ XL. conducant, quibus ex ipſis Monaſterii rebus, den
„ tur ſtipendia & ultra triduum non ibi morentur, nis
„ cogente caritate, aut neceſſitate Abbas cum fratribu
„ poſtulaverint, tot ſiquidem per annum aut Abbas,
„ aut ejus inde Monachi Laudenſem Epiſcopum in ſu
„ Eccleſia honorifice & viſitent, & recipiantur. Prae
„ terea decernimus ut ſi ejuſdem Monaſterii Abbas ſe
„ aliquando praegravari iniuſte cognoverit ab eode
„ Epiſcopo, vel aliis libere ad noſtram Sedem Apoſto
„ licam appellet, atque ad eam confugium faciat, ut
„ ſua mereatur obtinere irrefragabiliter iura Apoſtolica
„ ſibi clementia roborata. Quae ſi quis praecognita cor
„ rumpere, ipſamque Sanctam Congregationem pertur
„ bare, vel inquietare praetermiſſo Apoſtolico, ſeu regu
„ lari

(15) *Apoſtolica*
(16) *Odolbertus Abbas*
(17) *Cortes*
(18) *Cavallos*

Digitized by Google

„ lari judicio tentaverit & hoc noſtrum privilegium
„ quoquo modo corrumpere in virtute Sancti Spiritus,
„ ac beatorum Apoſtolorum a communione omnium ſit
„ ſeparatus juſtorum, quoaduſque digna ſatisfactione hu-
„ miliatus emendare ſtuduerit, quaeque (19) contra
„ ipſum reverendum locum ad periculum ſui deliquit.
„ Qui vero cuſtos & obſervator hujus Apoſtolici noſtri
„ privilegii fuerit, benedictionem & gratiam a Domino
„ conſequatur. Scriptum per manum Georgii Scriniarij
„ Sanctae Romanae Eccleſiae menſe Junio, indictione
„ prima. bene valete

„ Datum (20) X. Kal. Julii per manum Zachariae
„ Epiſcopi & Bibliothecarij, atque miſſi Sanctae Sedis
„ Apoſtolicae, imperante Domino (21) noſtro piiſſimo
„ perpetuo Auguſto Carolo (22) a Deo coronato magno
„ Imperatore anno III. & poſt Conſulatum ejus anno
„ III. indict. I. (c).

ADNOTATIONES.

(a) a. 876. apud Harduinum *T. VI. Concil. part.* 1. *col.* 169. ubi *exiguum in exigua Laudenſi Eccleſia Epiſcopo-pum* Gerardus ſe vocat.

(b) *col.* 330. *noviſs. Mediol. editionis*. Sequente porro anno 877. idem Gerardus *Laudicenſis* ſubſcripſit Novembri menſe Epiſtolae Ravennatenſis Concilii *T. VI. Harduin. Collect. part.* 1. *col.* 191.

(c) Fertur etiam in Tabula Epiſcoporum Laudenſium

(19) *quae*
(20) *data*
(21) *Domno*
(22) *Carlo*

Digitized by Google

ſium *a Craſſo & Berengario Monaſterio S. Petri Laudae veteris quamplura terrae jugera* tum prope Monaſterium ipſum, *tum in contrata orii Laudenſis, ac apud Lambrum amnem, Imperiali, Regiaque liberalitate, dono obtinuiſſe.* Praeterea an. 885. XI. Kal. Aprilis commutationem quamdam Gerardus fecit cum Petro Abbate Monaſterii S. Ambroſii *ſito foris Mediolani* apud Muratorium *T. VI. Antiq. Italic. col.* 347. Eius mentio etiam fit in Iudicato Odelrici, de quo paullo poſt ubi de Ildegario. *Gerardus* autem ibi dicitur.

Poſt Gerardum Albertus quidam eſſet heic recenſendus, qui a. 887. Theodoſii Firmani Epiſcopi, ceterorumque Picenorum, atque adeo Spoletani Ducatus Epiſcoporum Concilio in haec verba ſubſcripſit apud Manſium *T. I. Suppl. ad Conc. Veneto-Labb. col.* 1053. *Albertus Lodonenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.* Neque enim quiſquam vel ſuſpicari poſſet, Laudunenſem in Galliis Epiſcopum heic memorari: quamobrem idem Manſius qua eſt ingenii, eruditioniſque praeſtantia, Laudenſibus Praeſulibus Albertum adcenſuit. Ego vero primum ſtatuo, confictum eſſe Firmanum illud decretum; quod ut cetera deeſſent, quae idem Manſius ſubtimide indicat *col.* 1047., unius Alberti Laudenſis facta mentio ſuaderet. Quei enim Laudenſis Epiſcopus Picenorum, Spoletanorumque Antiſtitum Concilio interfuiſſet? An Firmanus Praeſul Laudenſium erat Metropolites? aut Picentibus, Spoletaniſque Epiſcopis Laudenſis adnumerabatur? Neutrum ſane prudens quiſpiam adfirmabit. Alterutrum tamen fuiſſe oportet, ut Laudenſis Epiſcopus ad Firmanum

Conci-

Digitized by Google

Concilium adcerſeretur. Nec tamen propterea expungendus Albertus ex Laudenſium Epiſcoporum numero. Qui enim Synodum illam confinxit, Epiſcopos videtur ob oculos habuiſſe, qui reapſe exſtiterint, ne mendacii ſe ſe palam obſtringeret.

XVII. AMAIONVS. Ignotum Ughellio Epiſcopum hunc Vidonis Imperatoris litterae pro Monaſterio Sancti Petri nuper memorato a. 892. datae, atque olim in Coenobii tabulario adſervatae ſuppeditarunt. Nempe Epiſcopi *Amajoni*, Malanfredique Laudae Comitis officiis permotus Vido diploma illud eſt elargitus.

XVIII. ILDEGARIVS, ſeu Ildegardus (*a*) an. 898. (*b*) & anno 904. Romae interfuit conventui celebrato a Benedicto IV. coram Ludovico IV. Imperatore pro tuendis juribus Petri Epiſcopi Lucenſis (*c*). Idem memoratur anno 915. in monumento Beringarii Regis Eccleſiae Lucenſi (*d*).

ADNOTATIONES.

(*a*) Ildericus, & Adecharius, quo nomine S. Adelbertus Bergomenſis Epiſcopus in ſuis a. 929. teſtamentariis tabulis illum appellat.

(*b*) Sigifredo Placentiae Comiti atque Epiſcopo Everardo adfuit, cum illis veluti & ipſe *Imperialis Miſſus* jus dicturus, ut Cl. Poggialius ſcribit *T. III. hiſt. Placent. p.* 90. Interfuit quoque Placito coram eodem Sigifredo Comite Palatii habito eadem in urbe *anno Regni Domni Berengarii Regis Deo propitio XV. menſe Januario Indictione VI.*, anno ſcilicet vulgatae aerae IↃ CCCCIII., quemad-

quemadmodum apud Muratorium videre est *T.* 1. *Antiquit. Italic. col.* 367.

(*c*) Vide Ughellium *T.* 1. in Episcopis Lucensibus & Mansium *T.* 1. *Suppl. ad Conc. Veneto-Labb. p.* 1094. Sed etiam Monasterium S. Petri ab omni Episcoporum Laudensium jure vindicavit, modico censu Episcopali Sedi reservato, quod ex nuper citatis Alexandri III. litteris accepimus.

(*d*) Nimirum S. Adelberti Bergomensis Episcopi paullo antea appellati, & Odelrici Missi Berengarii I. Regis Sententia, Savinionense Coenobium, quod Petrus Lucensis Praesul invaserat, eo anno recuperavit. Alia praeterea illo anno cum eodem Lucensi Praesule Petro controversia de sacra aede S. Silvestri Ildegario fuit; de qua iudicatum ejusdem Odelrici citatus Muratorius exhibet *T.* 1. *Antiquit. Italic. col.* 487.

XIX. ZILIVS, sive Aegidius Vigniatus Laudensis, suae Patriae Episcopus fuit anno 924. vir nobilitate generis, opibusque memorandus.

ADNOTATIO.

Haec de Zilio Auctor Tabulae Episcoporum Laudensis Ecclesiae in tertia Synodo impressae „ Huius habetur mentio in publico documento alias existente „ penes J. C. Hyacinthum de Vignate, per Gualterium „ Abonum Notarium Laudensem recepto 26. Martii „ an. 924., in quo Thomas de Vignate Laudensis nomine proprio, inquit, & Venerab. D. Presbyteri „ Zilii de Vignate Episcopi Laudensis ejus fratris emit „ a Petro

Digitized by Google

„ a Petro de Summaripa Laudenſi partem Caſtri de Tu-
„ rano, una cum Palatio magno de Vairano, pretio
ſolidorum 800. monetae Caeſareae.

XXI. OGGLERIVS.

ADNOTATIO.

Quo hic anno floruerit, incertum. In Epiſcopi Tabulario una ſervatur charta pactionis cum Alberico Comite, atque ejus fratre, filiiſque ab Ogglerio confectae; verum notae temporis in ea deſiderantur. En illam

„ Convenit atque complacuit inter Domnum Og-
„ glerium Laudenſem Epiſcopum, & Dominum Albri-
„ cum qui Comes vocabatur, & Aledranme Fratrem
„ ejus & Maufredum & Aledranme filium eius &
„ Ubertum. Videlicet Domnus Ogglerius Epiſcopus in-
„ veſtivit iſtos ſupradictos viros de terra de Turrigna-
„ ni, & de terra de Cerretuplano, & de prato de Mar-
„ cano tres jugias, & in capite ville tres jugias, in
„ preſentia iſtorum bonorum virorum, quorum nomina
„ ſubtus leguntur, Odonis infantis, & Albrici ejus
„ Fratris, & Ariberti, fratriſque ejus, & Albrici ma-
„ joris, Amizonis, Lanfranci, Johannis, Adam Lol-
„ prandi, Philippus qui vocatur Arimpertus, & Bene-
„ dictus filius quondam Maſcarii, & Domini Senio-
„ ris Aldeprandi, & juraverunt, ut has conditiones,
„ quas convenerant, in omni anno Epiſcopo Laudenſi
„ tribuere, & ſi ipſi hoc non adimpleviſſent, terram
„ debebant perdere, & componere centum marcas ar-
„ genti in Camera Regis, & centum libras illius mo-
„ nete

„ nere quo eo tempore esset .... videlicet in omni anno
„ debebant dare tres hospitalitates cum treginta mili-
„ tibus, vel plus, in mense Madij tres multones, &
„ carnem suillam, in Sancti Martini tres porcos, &
„ juxta natale Domini Convivium, & Lobiam trare
„ (*sic*.) da Frascarolo usque ad Padum. Factum est
„ hoc in loco Mugaroni, & Gregorius Natarius (*sic*.)
„ scripsit cartam, & hoc factum est propterea, quia
„ ipsi debebant defendere ab omni homine & in parte
„ Laudensis Episcopi. Si pactum istud non adimplerent
„ totum, debent supradictam facere compositionem.

Quamvis tamen nulla temporis adnotatio adscripta heic sit, scribendi rationem saeculo IX. usurpatam character prodit. Itaque Ogglerium de loco, quo Ughellius, aliique illius meminere haud deturbabimus.

XXI. AMBROSIVS. Primus ego in Laudensium Episcoporum indicem Ambrosium infero ceteris hactenus incompertum. Floruit autem a. 942. quo ejus interventu ac peticione Hugo & Lotharius Reges tum Adeverto Patavino Episcopo, ejusque Ecclesiae, tum etiam Regiensi Ecclesiae jura omnia, ac privilegia amplissimis diplomatibus a Muratorio divulgatis *T. III. Antiquit. Italic.* col. 61. & T. I. col. 661. confirmarunt.

XXII. ALDEGRAVSIVS, quem Alii *Aldegrausum* appellant. In Laudensis Episcopii Archivo haec exstat Aldegrausi charta pro S. Petri Monasterio.

„ In nomine Sancte & individue Trinitatis amen.
„ Quicquid Christo favente pastoralis providentie juxta
„ morem ecclesiasticum ordinabatur tempus stabilitum
„ fore necesse est. Ideo ego Aldegrausus Sancte Lau-

densis

„ denſis Eccleſie humilis Epiſcopus conſultu & conſen-
„ ſu Sancte Laudenſis .·. . Sacramentum preſens dixi.
„ Manifeſtum eſt mihi eo quod reverenter ad nos Ste-
„ phanus venerandus Abbas Monaſterii S. Petri princi-
„ pis Apoſtolorum qui eſt ſub foris prope hac Urbis Lau-
„ denſis. Ut nos propter Deum, & remedium anime
„ noſtriſque .... perdonaſſemus tantum de fictum quod
„ noſtre Eccleſie per ipſius Eccleſie jam dicti loci debi-
„ tis erant perſolvere. Quoniam ſe lamentabatur eccle-
„ ſie prefati Monaſterii oleum aluminaria concinnanda
„ vel unde ipſum fictum adquirere nec dare potuiſſent
.... upertatem. Decentius etenim prefati Monaſterii
„ Abbas ad partem noſtre Eccleſie de more quindecim
„ ſollidos exibebat nos ..... conſiderantes me Dei
„ omnipotentis miſericordiam una cum cunctis Sacerdo-
„ tibus & filiis Eccleſie matre vel pro remedio ....
„ concedimus & perdonavimus ut deinceps in feſtivi-
„ tate Sancti Petri annua dumtaxat ſollidum unum off
„ ..... eum ſuper altare Sancte Dei Genitricis Ma-
„ rie in Eccleſia matre. Noſtre autem Eccleſie antiquo
„ honore Sacerdotibus paſtum, videlicet Kalendis Julii
„ preparet atque tribuat. Quo tantumodo Cardinales Sa-
„ cerdotes Presbiteri (1) ſcilicet ac Diaconi, Subdiaco-
„ ni .....

(1) *Heinc diſcimus, ſuos Laudenſi quoque Eccleſiae Cardinales fuiſſe. Nempe, uti ſcite monuit Cl. Mazochius in Diſſertatione hiſtorica* de Cathedrali Neapolitana ſemper unica p. 253., hoc Tituli antiquis erant, quod aevo poſteriore Plebes (unde Italis *Pieve* & *Pievano*) quodque hodie *Parochias* dicimus. Harum ſingulis ſuus Presbyter praeerat; atque is demum unus, ſi recte accipimus, ve-

Digitized by Google

„ ni . . . . . mendum conveniant. Hanc igitur noſtram „ ſponſionem, manifeſtationem, atque ſecuritatis con„ feſſionem omni tempore inviolatam futuram Chriſto „ propitio ſublimetur & ſancta congregatio ad exoran„ dum Deum omnipotentem promptior evigilet. Hujus „ autem . . . . . firmitatem Radbertus Presbiter de Car„ dine Sancte Laudenſis Eccleſie ſcribere pro juſſu Do„ mini ſenioris communivimus, & propria manu .....

Utinam annum, quo ſcripta haec fuere temporum injuria nobis non invidiſſet! Tum enimvero tempus ipſum, quo Aldegrauſus Laudenſi Eccleſiae praefuit, plane didiciſſemus. Ante Aldegarium tamen illum ſediſſe fueram initio ſuſpicatus. Alexander enim III. binis literis alteris Beneventi a. MCLXIX. quinćto Kal. Octobris, alteris Ferrariae datis a MCLXXVII. ſeptimo Kal. Maij immunitates ab Aldegrauſo, Aldegarioque Laudenſibus Praeſulibus eidem S. Petri Coenobio conceſſas ampliſſima munificentia confirmavit. Verum multo ſerius Ambroſium ſcilicet inter & Andream collocandus eſt Aldegrauſius. Interfuit is Concilio, quod Vvalpertus Mediolanenſis Metropolita juſſu Johannis XII. Mediolani habuit

tus ille *Cardinalis erat. At cur hi duntaxat Titulorum presbyteri* Cardinales *vocabantur? Reſpondet idem Mazochius*, Titulos hoſce alio nomine *Cardines* fuiſſe vocatos .... Ob eam igitur cauſſam qui alicui horum Cardinum affixus erat, is dicebatur Presbyter Cardinalis, *ſive* (*ut aliter loquebantur*) ſui Cardinis presbyter. *Atque heinc videsne cur eorum unus, quos Aldegrauſus* Cardinales *vocarat, Radbertus* Presbyterum ſe de Cardine Sancte Laudenſis Eccleſie *appellet*.

Digitized by Google

buit in S. Theclae Basilica, ut Albensis Ecclesia a Saracenis, Hungarisque foede vastata Astensi tunc florentissimae uniretur. Ughellius, qui in Laudensium Episcoporum serie Aldegrausium omisit, dederat in Albensibus Episcopis hujus Concilii notitiam, ac nomina Episcoporum, quibuscum a Vvalperto fuerat celebratum; in annum vero illud contulerat CMLXVI. quo Otto Romam secundo profectus est. Verum repugnat Saxius in *Mediol. Antist. hist. p.* 356., atque hoc Concilium ad primam refert Ottonis profectionem Romanam, ut ab Johanne Imperator coronaretur. Certe Otto Florardi, seu Fuchardi Albensis Episcopi, qui victum propriis manibus quaerere cogeretur, inopiam commiseratus cum Johanne Summo Pontifice egit, ut tanto Ecclesiae illius infortunio remedium pararet; Johannes vero a. CMLXVI. Roma aberat. Itaque quum Otto a. CMLXII. Februario mense Romae primum fuerit coronationis caussa, hoc anno & Concilium Mediolanense Vvalpertus coegit, & Aldegrausius Laudensem regebat Ecclesiam.

XXIII. ANDREAS vir celebris anno 972. Abbatiae S. Petri veteris Laudae multa donavit privilegia, & immunitates, quas leges in sequenti monumento ab Illustris. Petro Vidone moderno Episcopo viro & generis nobilitate, & eruditione claro mihi transmisso.

In nomine sanctae, & individuae Trinitatis
Andreas gratia Dei Praesul

„ SI petitionibus servorum Dei maxime sub Sanctae
„ Christi militiae regula militantium, & famulan-

tium

„ tium aures libenter accomodaverimus, eorumque de-
„ votionibus praesidia ferimus, credimus nos procul du-
„ bio non solum in temporalibus clementiam Dei un-
„ dique sublimari. Et quia pastoralis officii cura no
„ admonet Monaster. pauperibus provida consideration
„ ferre consultum, ne qui in Dei amore computati sunt,
„ necessitate aliqua possit, quod avertat Dominus, su-
„ stineri; idcirco quicquid Christo favente juxta morem
„ Ecclesiasticum ordinamus, atque sancimus, immutila-
„ tum, & perenni temporis studio stabilitum fore pro
„ certo credimus, ac speramus.

„ Quod ego qui supra Andreas Sanctae Lauden.
„ Ecclesiae humilis Episcopus superno instinctu mente
„ retractans secundum Apostolum cum pariter subvenire
„ desiderans monachis in Monasterio S. Petri Apostolo-
„ rum Principis secus moenia civitatis sito, quod est sub
„ regimine, & ditione Luitprandi strenuissimi Abbatis
„ Deo famulantibus nostram paternitatem assiduis pre-
„ cibus flagitantibus, ut eorum necessitatibus pastorali
„ vigilantia consuleremus ob amorem Dei, & animae
„ nostrae mercedem pro viribus manum porrigere, &
„ humerum pastoralem ipsius auxilio supponere decre-
„ vimus. Nam ex agris, & vineis jam dicti Monasterii
„ in nostra parochia consistentibus, scilicet in Sadriano,
„ Saxago, Laurentiaga, Dallexano, Pollerano, Petioli &
„ in Anconiaga, Casteriaga, Buzengo, villa Auliriana,
„ Maturo, atque in Paterno, Fanzago, terra Mediola-
„ nense, Isella Colbraga, Feranugo, Solariolo, nec non
„ & in Mulazzano, in Sala Ciscilano villa Mellaria, Ca-
„ pella . . . . Agacini Colloniola, Brutialengo, Gencini

„ Mon-

Digitized by Google

„ Montano, ſeu in ſuxinate, Scardevavia, Monaſterio-
„ lo, Cogallo, Silva majore, Ulvata, Taurini, Camaira-
„ go, Anſerigo, Gambioni, ſive in reliquis locis, & vo-
„ cabulis in noſtra Dioeceſi conſiſtentibus, ut pro Dei
„ omnipotentis amore decimas fructuum eis concedere-
„ mus humiliter poſtulabant, videlicet afferemus de cæ-
„ teris jam fati Monaſterii agris & vineis conſiſtentibus
„ in Sancto Stephano . . . . & in Caſteniole, atque in
„ cellam Sancti Raphaelis ſita ſuper fluvio Addea, nec
„ non & in villa S. Stephani ſita Maliano iam ſibi a no-
„ ſtris praedeceſſoribus decimae allatae.

„ Horum igitur humillimis petitionibus aequo jure
„ compatientes conſultu, & conſenſu Sanctae Lauden.
„ Eccleſiae, cui authore Deo praeſidemus, ſacerdotum,
„ reliquorumque noſtrorum tam clericorum quam laico-
„ rum fidelium hanc petitionis, ſeu conceſſionis ſcri-
„ ptionem fieri juſſimus, per quam omnino concedimus,
„ atque largimur iam dictis monachis, & caeteris, qui
„ futuro tempore in ſupra nominato Monaſterio Deo
„ ſunt militaturi, praefatas decimas ex praedictis agris,
„ & vineis praetaxati Monaſterii in ſupraſcriptis locis,
„ & vocabulis, ſive in reliquis locis in noſtra Dioeceſi
„ conſiſtentibus, ſicut expetiverunt, ut ab hinc in fu-
„ turum iure perpetuali ad ipſum Monaſterium perti-
„ neant tam ad ſubſidium praeſentium monachorum,
„ quam futurorum, qui in praefato Monaſterio Deo ſunt
„ militaturi, abſque noſtra noſtrorumque ſucceſſorum
„ vel alicujus perſonae inquietudine, vel diminutione,
„ vel ordinatione. Hanc igitur noſtram ordinationem,
„ ſeu conceſſionis inſtitutionem omni tempore inviola-

Digitized by Google

„ tam permanere cenſemus, ut ejuſdem Monaſterii ſta
„ tus Chriſto propitio ſublimetur, & Sancta Congrega
„ tio ad exorandum Deum pro noſtra & omnium Chri
„ ſtianorum ſalute prompta invigilet.

„ Hujus autem conſtitutionis inſcriptionem ad am
„ pliorem firmitatem Landevertum noſtrae Eccleſiae Car
„ dinalem ſacerdotem ſcribere commonuimus propria
„ manu ſubtus confirmantes.

„ *Actum* 14. *Kal Decembris anno Incarnationis Dominicae*
„ 972. *Imperii vero Domini Othonis Clementiſſimi Caeſaris* 10.
„ *Pontificatus ejuſdem D. Andreae piiſſimi Praeſulis* 11. *Indictione*
„ 11. (*b*) *In Dei nomine feliciter. Amen.*

„ † *Andreas humilis Epiſcopus huic petitioni, ſeu conces*
„ *ſioni meae conſenſi & ſcripſi.*

„ † *Petrus Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Andreas Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Petrus Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Petrus Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Andreas Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Adelbertus Presb. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Julptandus Archidiaconus in hac petitione, ſeu con*
„ *ceſſione ſcripſi.*

„ † *Gaudintius Diac. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *An*

Digitized by Google

„ † *Anſelmus Diac. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Guidus Diac. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Aghinulphus Diac. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Ghiſulphus Diac. in hac petitione, ſeu conceſſione*
„ *ſcripſi.*

„ † *Ego Petrus Subdiac. ſcripſi.*

„ † *Ego Vaibertus Subdiac. ſcripſi.*

„ † *Ego Daibertus Subdiac. ſcripſi.*

„ † *Ego Gaufredus Subdiac. ſcripſi.*

„ † *Ego Henricus Accolitus ſcripſi.*

„ † *Ego Liprandus Acoolitus ſcripſi.*

„ *Ego qui ſupra Landevertus Presbyter juſſu praefati Do-*
„ *mini Andreae Pontificis hanc petitionis, ſeu conceſſionis pagi-*
„ *nam ſcripſi.*

„ *Ego Algiſius delamorgola palatinus Notarius autenticum*
„ *hujus exempli vidi, ac legi, & ſic in eo continebatur, ut*
„ *in hoc habetur exemplo praeter litteras plus minuſve, &*
„ *hoc exemplum, ſcripſi, & me ſubſcripſi.*

Exſtat hoc monumentum ab authemico deſumptum in eodem Coenobii Archivio, & poterit ſane ex hoc monumento aſſerere olim hocce monaſterium juriſdictionem habuiſſe in alio ſanctimonialium coenobio S. Agathae de Lomello, nunc Papienſis dioeceſis, olim Laudenſis, quod ob maximam ab Laudenſi urbe diſtantiam Ludovicus Taberna Epiſcopus, Pontificis Maximi auctoritate Papienſi Epiſcopo ceſſit (a). Porro Abbatia haec veteris Laudae perpetuo unita fuit Germanico Urbis Collegio per Gregorium XIII.

Andreas vero longo tempore hanc Laudenſem Eccleſiam adminiſtravit temporibus Othonis Magni Imperatoris, Arduinique Italiae Regis, a quibus quae ſequuntur pro ſe ſuaque Eccleſia obtinuit privilegia.

In nomine ſanctae, & individuae (1) *Trinitatis.*

„ OTho divinae diſpenſationis (2) clementia Imperator Auguſtus (3), fidelium noſtrorum humil-
„ limis precibus ſereniſſimas aures noſtrae pietatis cle-
„ menter impendimus, devotiores eos promptioreſque
„ in noſtro procul dubio obtinebimus obſequio, prae-
„ ſertim (4) denique divino cultui ſpecialiter manci-
„ patis Pontificibus quicquid digne petierunt (5) nihil
„ omnino ex noſtra parte abnuendum decernimus, ipſi
„ etenim non ſolum viſibilibus; verum etiam inviſibi-
„ libus telis nos, noſtramque poteſtatem munire undi-
„ que decertant. Idcirco omnium fidelium ſanctae, at-
„ que orthodoxae Dei Eccleſiae noſtrorum ubi praeſen-
„ tium (6) ſimiliter, ac futurorum noverit induſtria
„ Andream Sanctae Laudenſis Eccleſiae (7) venerabi-
„ lem Epiſcopum miſſa petitione per Petrum, & Giſel-
„ bertum, ſeu Gibertum (8) Sanctiſſimos Epiſcopos no-
„ ſtram humiliter expetiiſſe Imperialem clementiam, qua-
„ tenus ſibi ad regendam a Deo commiſſam praedictam
„ Ec-

(1) *L. ſancte & individue*
ex apographo quod contuli
(2) *diſpoſitionis*
(3) *Si*
(4) *preſertim*
(5) *petierint*
(6) *Aeccleſiae, noſtrorum que ubique preſentium*
(7) *Aeccleſiae*
(8) *Gilbertum*

Digitized by Google

„ Eccleſiam (9) praeter generalem omnium ſub noſtra
„ ditione exiſtentium Eccleſiarum (10) defenſionem ob
„ pravorum ſcilicet temerarios auſus hanc quoque ſpe-
„ cialiter tueremur ſub noſtra liberalitate conferentes
„ illi hoc imperatoriae dignitatis emolumentum, per
„ quod ſicut expetiit indulſiſſe nos clareat, & quem-
„ admodum ſubter inſerta continetur in omnibus con-
„ ceſſiſſe manifeſtum ſit. Quapropter jam dicta Eccle-
„ ſia ſub noſtra protectione benigne aſſerta (11) prae-
„ cepta confirmamus ei univerſa, res quoque atque poſ-
„ ſeſſiones ſive utriuſque ſexus familias tam in comi-
„ tatu, quam in aedificiis turrium, murorum, atque
„ portarum ipſius Laudenſis Civitatis, verum etiam omne
„ publicum diſtrictum ipſius civitatis vectigalia telonium
„ (12) tam infra ipſam civitatem quam extra in Subur-
„ bio ejuſdem civitatis uſque ad ſeptem milliaria in cir-
„ cuitu, cunctaſque publicas exhibitiones, quae hacte-
„ nus ad Laudenſem comitatum de ipſa civitate, &
„ ſuburbano ejus redhibitae ſunt iure publico fictatio-
„ nes, utenſiones, querelas, & intentiones omnium
„ hominum in dicta civitate degentium, & habitantium
„ Epiſcopus ipſius civitatis, aut miſſus, quem ipſe de-
„ legaverit noſter etiam Regius exiſtens miſſus ita de-
„ finiat . . . . . (13) tamquam ſi noſtri comitis Pala-
„ tii adeſſet ibi praeſentia, praedicta (14) igitur aedi-
„ ficia turrium, portarum, atque murorum Lauden. ci-

„ vita-

(9) *Aeccleſiam*
(10) *conſiſtentium Aeccle-*
ſiarum
(11) *adſcita*
(12) *teloneum*
(13) *ſimiliter*
(14) *preſentia. Predicta*

Digitized by Google

„ vitatis, atque publicum diſtrictum, omnemque publi-
„ cam functionem, ſicut ſuperius declaratum eſt de Re-
„ gni noſtri jure & dominio in praedicti (15) Epi-
„ ſcopi (16) ius & dominium omnino transfundimus,
„ ac (17) delegamus, ac praeſens (18) Epiſcopus ejuſ-
„ dem civitatis, ſuique ſucceſſores, & pars praelibati
„ Epiſcopi habeant, teneant, firmiterque poſſideant, &
„ fruantur canonice iure perpetuo, ſi quis autem con-
„ tra hoc noſtrae confirmationis ac delegationis prae-
„ ceptum (19) auſu nefario inſurgere tentaverit (20)
„ aut eum quoquo modo corruperit, noſcat ſe compo-
„ ſiturum auri optimi libras mille, medietatem Came-
„ rae (21) noſtrae, & medietatem iam dictae Eccle-
„ ſiae (22) quod ut verius credatur, diligentiuſque ab
„ omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes an-
„ nulo noſtro inſigniri iuſſimus.

„ *Signum domini Ottonis magni Imperat Auguſti* (c).

In nomine ſanctae, & individuae (23) *Trinitatis.*
Arduinus gratia Dei Rex.

„ SI quis ſuccurſu pauperum, ac (24) ſubventione
„ Eccleſiarum ſacris & honorabilibus locis .....
„ erogaverit, proculdubio .....a Deo, & quod ma-
„ ximum eſt vitam poſſidebit aeternam. Ideoque om-
„ nibus

(15) *prefati*
(16) *epiſcopii*
(17) *&*
(18) *ut preſens*
(19) *preceptum*
(20) *temptaverit*
(21) *Kamerae*
(22) *Aeccleſiae*
(23) *Inſeparabilis*
(24) *&*

Digitized by Google

„ nibus Sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque fidelibus prae-
„ sentibus scilicet atque futuris notum esse volumus te-
„ nore praesentium, Bertam videlicet dilectissimam
„ coniugem nostram adijsse clementiam deprecantem qua-
„ tenus ob amorem Dei, & nostrarum pariter redem-
„ ptionem animarum, nostrorumque .... filiorum per
„ nostri praecepti paginam concederemus Episcopatui
„ Laudensi, ubi Andreas venerabilis Episcopus praesu-
„ latur, omnem redditum auri, quod in amne leva-
„ tur .... in toto dominio castellorum Cavenaci & Gal-
„ gagnani; qui redditur pertinere videntur Camerae
„ nostrae. Nos autem paupertatem prefatae Ecclesiae
„ Lauden. in augumentum ..... considerantes juxta
„ praelibatae Bertae Reginae dulcissimae coniugis preces
„ atque voluntates per hanc nostri praecepti paginam,
„ prout iuste hoc .... in supradict. Ripis levatur per
„ tota confinia praedictorum Castellorum cum omni di-
„ strictione, ordinatione defensione de nostra Regia .....
„ Laudensi concedimus, donamus, & pro aeternis (25)
„ temporibus habendum largimur cunctorum Regum,
„ omniumque hominum contradictione ..... Si quis
„ contra hanc nostri praecepti donationem insurgere,
„ aut contravenire (26) tentaverit, aeternae se gehen-
„ nae vinculo ligatum ..... violaverit mancosas (27)
„ mille medietatem Camerae nostrae & medietatem prae-
„ dictae Ecclesiae Lauden. debitae ..... nostrum prae-
„ ceptum scribere, nostroque Sigillo jussimus insigniri.
„ *Signum* ✠ *Arduini Serenissimi & invictissimi Regis.*

(25) *& perhennis* (sic)
(26) *contraire*
(27) *Mancosos*

„ *Ego Erebertus Canzelarius vice Petri Cumani Episcopi &* „ *Archicancellarii recognovi.*

„ *Datum anno Dominicae incarnationis millesimo secundo in-* „ *dictione XV. anno vero Domini Arduini Serenissimi & invi-* „ *ctissimi Regis regnante primo.*

„ Celebratum est, dum ad clavum sederet Laudae „ Pompejae Andreas, ab Arnulpho Archiepiscopo Me- „ diolanensi provinciale Concilium anno 1002. (*d*). „ In qua Henricum primum designarunt Imperatorem.

ADNOTATIONES.

(*a*) Quod heic Ughellius ait posse ex hoc monumento colligi, *olim hocce Monasterium jurisdictionem olim habuisse in alio Sanctimonialium coenobio S. Agathae de Lomello*, paradoxo simile videtur, nusquam enim in hoc monumento Sanctimonialium mentio occurrit. Ut ut est a Muratorio memoratam invenio T. 1. *Antiq. Italic. col.* 378. chartam, quae commutationem exhibet praediorum *inter Andream S. Laudensis Ecclesiae Episcopum & Arnonem filium quondam Arivaldi de loco causario* septem post annis, anno scilicet 979. peractam.

(*b*) Anno 972. neque annus decimus Ottonis, sed sextus notabatur a die Dominicae nativitatis a. 967. quo Romae fuerat is coronatus, neque Indictio XI. sed XV. decurrebat. Errorem facile tribuo Algisio Notario, qui autographum perperam descripserit.

(*c*) Praeter hoc Ottonis II. (non Magni, ut perperam Ughellius) privilegium reperi in Episcopali archivo aliud ejusdem Ottonis diploma quod heic reddo.

„ In

Digitized by Google

„ In nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto
„ divine diſpenſationis clementia Imperator Auguſtus,
„ Si fidelium noſtrorum humillimis precibus perheren-
„ niſſimas aures noſtre pietatis clementer impendimus,
„ devotiores eos promptioreſque in noſtro procul dubio
„ obtinebimus obſequio. Preſertim denique divino cultui
„ ſpetialiter mancipatis pontificibus quicquid digne pe-
„ tierint nichil omnino ex noſtra parte abnuendum de-
„ cernimus. Ipſi etenim non ſolum viſibilibus, verum
„ etiam inviſibilibus telis nos noſtramque poteſtatem
„ munire undique certant. Idcirco omnium fidelium
„ ſanctae, atque orthodoxae Dei eccleſiae noſtrorumque
„ ubique preſentium ſcilicet ac futurorum noverit in-
„ duſtria andream ſanctae laudenſis eccleſiae venerabi-
„ lem epiſcopum miſſa petitione per poponem reveren-
„ tiſſimum epiſcopum noſtram humiliter expetiſſe impe-
„ rialem decentiam, quatenus ſibi ad regendum a Deo
„ commiſſam prefatam aeccleſiam, preter generalem om-
„ nium ſub noſtra ditione conſiſtentium aeccleſiarum
„ defenſionem ob pravorum ſcilicet temerarios (*ſic*)
„ uſus hanc quoque ſpetialiter ſub noſtra tueremur li-
„ beralitate conferentes illi hoc imperatoriae dignitatis
„ emolumentum per quod ſicut expetit indulſiſſe nos
„ clareat, & quemadmodum ſubter (*ſic*) imperta con-
„ tinentur in omnibus conceſſiſſe manifeſtum ſit. Qua-
„ propter iam dicta aeccleſia ſub noſtra protectione be-
„ nigne (*ſic*) adſita precepta confirmamus ei univerſa,
„ res quoque atque poſſeſſiones ſive utriuſque ſexus fa-
„ milias tam in comitatu quam in edefitiis turrium mu-
„ rorum portarum ipſius laudenſis civitatis mercata, ve-
„ ctigalia,

Digitized by Google

„ digalia, teloneum, cortis, villis, campis, pratis,
„ vineis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus molen-
„ dinis exittibus & regreſſibus omnia, & in omnibus
„ que a noſtris deceſſoribus imperatoribus & regibus
„ nec non & a quibuslibet Deum timentibus memo-
„ rate eccleſiae ſunt collata jure proprietario pariter in-
„ tegrum concedimus ac confirmamus. Jubentes quo-
„ que ſtatuimus ut conceſſa ſibi de ſuis iuditialia ho-
„ minibus quantum ad jus pertinere videtur publicum
„ uti etiam predeceſſorum noſtrorum imperatorum & re-
„ gum continent precepta; nemo reipublice procurato-
„ rum adminiſtrorum aliquando Sacerdotes ſeu totius
„ clerus ordinem vel vaſſallos aut valvaſſores ejuſdem
„ Sedis perplacita invitos aut ſine aſſenſu eiuſdem ec-
„ cleſiae preſulis venire compellat. Ita ſane ut preli-
„ batum eſt non comes, non gaſtaldius, non miſſus
„ diſcurrens, non quilibet rempublicam agens ullam
„ poteſtatem habeat in res ipſius eccleſiae vel canoni-
„ corum ejus intrare aut aliquid inde per violentiam
„ auferre vel homines, ut ſupra diximus ipſius diſtrin-
„ gere aut pignerare, ſed omnes querimoniae atque
„ cauſationes ſuorum hominum ita in preſentia ejuſ-
„ dem eccleſiae pontificis finem accipiant, uti in pu-
„ blica audientia deliberaretur. Si vero aliqua gravis
„ contentio in his ibidem orta fuerit, imperiali cen-
„ ſemus reſervandum dignoſcentiae ideſt ad palatium.
„ Quicumque autem contra hoc noſtre confirmationis
„ preceptum auſu nefario inſurgere temptaverit aut eum
„ quoquo modo, corruperit noſcat ſe compoſiturum auri
„ optimi libras centum. Medietatem Kamare noſtre, &

medie-

Digitized by Google

„ medietatem ſepe dicte eccleſiae. Ut autem hujus no-
„ ſtri precepti tenor ab omnibus ſervetur inviolabiliter
„ veriuſque credatur a cunctis, manibus propriis robo-
„ rantes annulo noſtro ſubter ſigillavimus

„ Signum Domini Ottonis Magni

„ Imperatoris Auguſti

„ Folgmarus Cancellarius Ad vicem

„ Willegiſi Archicappellani notavi

„ Data VIII. Kal. Decembris anno Dominicae Incarna-
„ tionis DCCCCLXXV. Indictione IIII. Anno vero re-
„ gni Domini Ottonis XV. Imperii autem VIII. Actum
„ Imelevo.

Utrumque Ottonis diploma Andreae revera datum mihi credibile non eſt, in altero enim alterius quod antea conceſſum fuiſſet, mentio fieri omnino debuiſſet. Certe qui deceſſorum ſuorum diplomata confirmare ſe ait Otto, ſuum minime indictum praeteriiſſet. Crediderim ergo prius illud ab Ughellio deſcriptum Andream confici curaſſe ab Imperatore deinde dandum, atque ſigillo muniendum; aliqua tamen prohibuiſſe quominus Imperatori exhiberetur. Novum interea exemplum conſcribi juſſit Andreas, nec amplius Petri aut Gitelberti, ſed

ed Poponis officiis uti voluit ad Imperatoris animum ſibi devinciendum; atque hoc demum Imperator ſibi oblatum probavit, confirmavitque. Heinc Ughellianum exemplum temporis adnotatione, & Cancellarii ſubſcriptione caret.

Accipe nunc donationis ab Andrea a. 994. Eccleſiae S. Baſſiani collatae monumentum ex Epiſcopi tabulario a me diligenter deſcriptum.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti „ nongenteſimo nonageſimo quarto; quarto Kalendas „ Aprilis Indicione ſeptima. Baſilica S. Baſſiani, que eſt „ conſtructa ſub urbium hujus Civitate Laude. Ego An- „ dreas humilis Epiſcopus ipſius Sancte Laudenſis Eccle- „ ſie, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere „ Longobardorum offertor, & donator ipſius Baſilice „ propterea dixi: quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus „ locis & ſuis aliquid contulerit rebus juſta Actoris vo- „ cem in hoc ſeculo centuplum accipiat; Inſuper quod „ melius eſt vitam poſſidebit eternam. Ideoque ego qui „ ſupra Andreas Epiſcopus dono, & offero in eadem „ Baſilica Sancti Baſſiani a preſenti die: eo tamen or- „ dine ſicut ſubter legitur pro anima mea mercede. Hoc „ ſunt petias quattuor de terra aratoria, una ex eis cum „ in parte ſedimen ſuper habente cum curte & orto „ inſimul tenente, & petia una de vitibus cum area, „ ubi eſtant juris mei. Quam habere viſo ſum foris „ ſuburbium ipſius civitatis, & in locas, & fundas San- „ cto Zenone, & incluſura, ubi Sancta Maria dicitur, „ ſeu in Campo Longo. Prima pecia eſt ſuburbium hu- „ jus civitatis non multum longe da ponte qui dicitur „ mar-

Digitized by Google

„ marmoriolo, cum in parte edificium ſuper habente
„ cum curte & orto inſimul tenente, eſt per menſura
„ juſta juges legiptimas decem. Coeſit ei da mane, &
„ ſera via, da munte ſimiliter via publica, & Ariver-
„ ti, ſeu Malberti quondam Giſulfi Diaconi, & de he-
„ redibus cujuſdam Redaldi, & Ariberti. Secunda pecia
„ de terra in dicto loco Sancte Marie, que eſt juſta
„ Eccleſiam Sancti Baſſiani, eſt per menſura juſta juges
„ legiptimas viginti & una, & perticas quattuor, & ta-
„ bulas duodecim. Coeſit ei da mane & ſera vias, da
„ meridie de Canonica Sancte Laudenſis Eccleſie, &
„ Ariberti, ſeu Amizoni, & da monte de eadem Baſi-
„ lica & via. Tercia pecia de terra ibi prope eſt per
„ menſura juſta juges tres, & pertica una, & tabu-
„ las quattuor. Coeſit ei da mane Malberti, & Car-
„ manni, da meridie Sancte Marie, & de heredibus
„ cujuſdam Leoni; da ſera Aribaldi Diaconi, & Ele-
„ grimi ſeu Eariardi germanis. Quarta pecia de terra
„ cum inciſa ſua ini abente in jam nominato loco, ubi
„ Cluſura Sancte Marie dicitur non multum longe da
„ eadem Baſilica eſt per menſura juſta juges legiptimas
„ viginti & octo, & dimidia. Coeſit ei da mane de
„ heredibus cujuſdam Rozoni, & Angelberti, ſeu Petri
„ quondam Leoni, da meridie via publica, da ſera Jo-
„ hannis & Pauloni, da monte Tebaldi, & Leoni, ſeu
„ Bonizoni. Prenominata pecia de vitibus cum area ubi
„ eſtat in predicto loco Campo Lungo, eſt per menſu-
„ ra juſta pariter jugeali decem. Coeſit ei da mane, &
„ ſera jam dicti Sancti Baſſiani, da meridie terra San-
„ cti Vincenti, ſiteque ali ſunt ab omni coerente ſimili

„ que

Digitized by Google

„ que dono, & offero in eadem Basilica Sancti Bas-
„ siani a presenti die, eo tamen ordine, ut subter le-
„ gitur pro anima mea mercede, hoc est mansoum unum
„ cum omnibus rebus ad eum pertinentibus per men-
„ sura justa inter sedimen & vineas cum areis suis ter-
„ ris aratelis, gerbis, pratis, patulibus, seu jerbis,
„ atque silvis cum areis suis juges legiptimas quinde-
„ cim, ut dictum est tam casis cum sediminibus, &
„ vineis cum areis suis, terris aratelis, gerbis, pratis
„ pascuis, silvis, ac stellareis, ripis, rupinis, ac pa-
„ ludibus coltis, & incoltis, divisis, & indivisis, una
„ cum finibus, terminibus, accessionibus, & usibus
„ aquarum, aquarumque deductibus cum omni jure ac
„ jacentiis, & pertinentiis earum rerum per locas, &
„ vocabulas ab ipsis casis, & rebus pertinentibus, vel
„ especientibus, sicuti in eo per quocumque ingenio
„ perteneunt juribus pertinentis, viventis fuerint in
„ integrum que autem suprascriptis rebus juris mei su-
„ pradicti, una cum accessionibus, & ingressionibus
„ earum, seu cum superioribus, & inferioribus earum
„ rerum qualiter superius mensuratur aliquid . . . . . die
„ in eadem Basilica Sancti Bassiani predictis rebus do-
„ nare, & offerre videor pro anime mee mercede, ut
„ a modo de hinc in antea in ipsa Basilica quattuor
„ Presbiteri ordinati sunt, qui pro mercede peccatorum
„ apud Dominum exorare digentur, & missa, & ves-
„ peram, seu matutinum, quam alia divina officia die
„ noctuque caneant, ut mihi in eternum proficiat ad
„ anime salutem, & gaudium sempiternum. Faciendo
„ ipsi Presbiteri de frugibus, & redditibus, seu cen-
sibus,

Digitized by Google

„ ſibus, quod de ipſis rebus annue Dominus dederit
„ quicquid voluerint pro anime mee mercede. Et ſi di-
„ vino faciente judicio, quod unum aut plures de ipſis
„ Presbiteris de hoc ſeculo migraverit, tunc volo, &
„ ordino, ut ſint in poteſtate de ipſi Presbiteri, qui
„ ſuper eum auxerit, alium Presbiterum eligendi, &
„ cum electum fuerit, veniat ad me, aut ad meum
„ ſucceſſorem, qui pro tempore in eodem Epiſcopatu
„ fuerit, & eum ordinent ipſe Presbiter in eadem Ba-
„ ſilica in predicta Congregatione de ipſi Presbiteri ſine
„ ulla datione. Et ita volo, & ordino, ut ipſi quat-
„ tuor Presbiteri, qui nunc, & pro tempore in eadem
„ Baſilica ordinati fuerint poſt meum deceſſum annua-
„ liter paſcant alii decem Presbiteri uſque ad ſaturita-
„ tem, & cum ſaturati fuerint, & Domini dixerint
„ laudes ut mihi in eternum proficiat ad anime mee
„ ſalutem, & gaudium ſempiternum, & detur ipſi
„ quattuor Presbiteri, qui nunc & pro tempore in ea-
„ dem Baſilica ordinati fuerint ad jam dicti Presbiteri
„ ordinati fuerint ſinguli denarii. Et faciant ipſi quat-
„ tuor Presbiteri in eadem Baſilica ardere cexendelum
„ unum de oleo die noctuque ad miſſam, & veſpe-
„ rum ſeu ad matutinum pro anime mee mercede. Nam
„ ſi avenerit quod Epiſcopus iſtius Civitatis, aut ali-
„ qua poteſtas de eadem Baſilica, aut jam dicti quat-
„ tuor Presbiteri de ipſius rebus, & frugibus, quod
„ ſuperius iudicatum ab eo aliqua ſubtractione aut mi-
„ nuatione exinde fecerit, aut ſupraſcriptis rebus comu-
„ tare, aut alienare, ſeu ullum ſcriptum fecerit eis quie-
„ te, & pacifici habere non permiterint, aut ipſi Pres-

„ biteri

„ biteri hoc non adimpleverint, quod ſuperius legitur,
„ tunc volo ut deveniat ipſis rebus omnibus in pote-
„ ſtate de Archiepiſcopo Sancte Mediolanenſis Eccleſie,
„ & de duos plus propinquos parentes meos, qui pro
„ tempore apparuerint, & tamdiu in eorum ſit pote-
„ ſtate de ipſis rebus fruendis quouſque venerit Pon-
„ tifex, aut aliqua poteſtas qui hanc meam offerſio-
„ nem adimpleat, ſicut ſuperius judicavit pro anime
„ mee mercede eth. Dei fuerit voluntas quod ipſi quat-
„ tuor Presbiteri, & qui nunc & pro tempore in ea-
„ dem Baſilica ordinati fuerint de eadem miſſa & veſ-
„ perum, ſeu matutinum quam & alia divina officia,
„ & de predicti alii Presbiteri, ſeu, & de jam dicta
„ luminaria obſervaverit ſicut ſuperius legitur, & Epi-
„ ſcopus iſtius Civitatis, ſeu aliqua poteſtas de eadem
„ ordinatione, & de predicta Baſilica, ſeu de rebus,
„ & fruibus inquietati vel moleſtati non fuerint, & ejus
„ quiete, & pacifici habere permiſerit, tunc volo, ſeu
„ judico, ut abeant eadem Baſilica de predictis rebus,
„ & faciant ipſi quattuor Presbiteri de frugibus & cen-
„ ſibus, qui exinde exierint quicquid voluerint pro ani-
„ me mee mercede, & ſi quod abſit, & fieri non
„ credo ſi unquam in tempore evenerit Pontifex, aut
„ aliqua Poteſtas que hanc meam offerſionem infran-
„ gere, vel irrumpere voluerit aut ipſi Presbiteri hoc
„ non adimpleverint quod ſuperius legitur, cum
„ Deo Patre omnipotente, & Beatiſſimo Archangelo
„ Michaele, qui animam ſuſcepturus eſt ante tribunal
„ Chriſti, in racione ſtent, ita ut cum inde meritis
„ retributionem ab eo accipiant ſalva nobis mercede

„ in

Digitized by Google

„ in Christo Jesu Domino nostro, & pro honore Epi-
„ scopatus mei, nec mihi ullo tempore quod voluit,
„ sed quod a me semel factum, vel conscriptum est
„ inviolabiliter conservare promitto cum stipulacione
„ subnixa; hanc enim cartam offersionis paginas Gual-
„ fredus Notarius, & Iudex sacri Pallacii tradidit, &
„ subscribere rogavi, in qua subter confirmans testibus
„ que obtuli roborandam; unde tres carte offersionis
„ uno tenore scripte sunt.

„ Actum in Civitate Laude Andreas Dei miseri-
„ cordia humilis Episcopus in hac carta offersionis a
„ me facta scripsi manibus Leoni, qui & Azo, &
„ Malberti Germanis filii cujusdam Rainerij, qui &
„ Raino, seu Dominici filii Aliprandi omnes lege vi-
„ ventes Romana testes. Rainaldus Iudex sacri Pallacij
„ rogatus subscripsi.

„ Guido Iudex sacri Pallatii rogatus subscripsi.

„ Ego qui supra Gualfredus Notarius & Iudex
„ sacri Pallatii Scriptor hujus carte offersionis post tra-
„ dita, complevi & dedi.

„ Ego Guido de Fara Pallatinus Notarius auten-
„ ticum hujus exempli vidi, & legi, & sic in eo con-
„ tinebatur, At in hoc legitur exemplo preter litteras
„ plus minus, & hoc exemplum scripsi, & me subscripsi.

Anno M. cum Rogerio Rainaldi Filio lite exorta Andreas in placito habito *Comitatu Laudense in villa, quae nuncupatur Tauriano coram Brenzone Missо Ottonis* III. caussam egit. Confer Muratorium *T.* 1. *Antiquit. Italic. col.* 451.

(*) Non tamen Laude Pompeja celebratum est hocce Concilium, ut forsasse indicare voluit ex Gale-

sinio

„ biteri hoc non adimpleverint, quod ſuperius legitur,
„ tunc volo ut deveniat ipſis rebus omnibus in pote-
„ ſtate de Archiepiſcopo Sancte Mediolanenſis Eccleſie,
„ & de duos plus propinquos parentes meos, qui pro
„ tempore apparuerint, & tamdiu in eorum ſit pote-
„ ſtate de ipſis rebus fruendis quouſque venerit Pon-
„ tifex, aut aliqua poteſtas qui hanc meam offerſio-
„ nem adimpleat, ſicut ſuperius judicavit pro anime
„ mee mercede eth. Dei fuerit voluntas quod ipſi quat-
„ tuor Presbiteri, & qui nunc & pro tempore in ea-
„ dem Baſilica ordinati fuerint de eadem miſſa & veſ-
„ perum, ſeu matutinum quam & alia divina officia,
„ & de predicti alii Presbiteri, ſeu, & de jam dicta
„ luminaria obſervaverit ſicut ſuperius legitur, & Epi-
„ ſcopus iſtius Civitatis, ſeu aliqua poteſtas de eadem
„ ordinatione, & de predicta Baſilica, ſeu de rebus,
„ & fruibus inquietati vel moleſtati non fuerint, & ejus
„ quiete, & pacifici habere permiſerit, tunc volo, ſeu
„ judico, ut abeant eadem Baſilica de predictis rebus,
„ & faciant ipſi quattuor Presbiteri de frugibus & cen-
„ ſibus, qui exinde exierint quicquid voluerint pro ani-
„ me mee mercede, & ſi quod abſit, & fieri non
„ credo ſi unquam in tempore evenerit Pontifex, aut
„ aliqua Poteſtas que hanc meam offerſionem infran-
„ gere, vel irrumpere voluerit aut ipſi Presbiteri hoc
„ non adimpleverint quod ſuperius legitur, cum
„ Deo Patre omnipotente, & Beatiſſimo Archangelo
„ Michaele, qui animam ſuſcepturus eſt ante tribunal
„ Chriſti, in racione ſtent, ita ut cum inde meritis
„ retributionem ab eo accipiant ſalva nobis mercede

„ in

Digitized by Google

„ in Christo Jesu Domino nostro, & pro honore Epi-
„ scopatus mei, nec mihi ullo tempore quod voluit,
„ sed quod a me semel factum, vel conscriptum est
„ inviolabiliter conservare promitto cum stipulacione
„ subnixa; hanc enim cartam offersionis paginas Gual-
„ fredus Notarius, & Iudex sacri Pallacii tradidit, &
„ subscribere rogavi, in qua subter confirmans testibus
„ que obtuli roborandam; unde tres carte offersionis
„ uno tenore scripte sunt.

„ Actum in Civitate Laude Andreas Dei miseri-
„ cordia humilis Episcopus in hac carta offersionis a
„ me facta scripsi manibus Leoni, qui & Azo, &
„ Malberti Germanis filii cujusdam Rainerij, qui &
„ Rainio, seu Dominici filii Aliprandi omnes lege vi-
„ ventes Romana testes. Rainaldus Iudex sacri Pallacij
„ rogatus subscripsi.

„ Guido Iudex sacri Pallatii rogatus subscripsi.

„ Ego qui supra Gualfredus Notarius & Iudex
„ sacri Pallatii Scriptor hujus carte offersionis post tra-
„ dita complevi & dedi.

„ Ego Guido de Fara Pallatinus Notarius auten-
„ ticum hujus exempli vidi, & legi, & sic in eo con-
„ tinebatur, At in hoc legitur exemplo preter litteras
„ plus minus, & hoc exemplum scripsi, & me subscripsi.

Anno M. cum Rogerio Rainaldi Filio lite exorta Andreas in placito habito *Comitatu Laudense in villa, quae nuncupatur Tauriano coram Brenzone Misso Ottonis* III. causam egit. Confer Muratorium *T. 1. Antiquit. Italic. col.* 451.

(a) Non tamen Laude Pompeja celebratum est hoc Concilium, ut forsan indicare voluit ex Gale-

sinio

sinio Ughellius, sed in Roncaliis. Vide Saxium in *Mediolan. Antistitum historia* p. 385.

XXIV. NOKERIVS genere Alemannus Laudensi Ecclesiae praefuit. Cuius ope atque adhortationibus Ansalda Comitissa Grisalbae, monasterium illud insigne construxit in honorem S. Stephani de Cornu veteri, ut vocant. Hoc illud famosum Cisterciensis Ordinis Coenobium est unde olim tot viri illustres doctrina ac sanctimonia vitae floruerunt: in quibus merito connumerari potest Bonifacius Symonetta Mediolanensis, ejusdem Monasterii nobilis Abbas, qui plura ingenii monumenta post se reliquit, scripsitque praecipue de persecutionibus Christianorum. Caeterum hoc tempore nobilis haec Abbatia, si unam Ecclesiam excipias omnino desolata est ex Commendatariorum incuria.

XXV. OLDERICVS. Oldericum contra Ambrosium ab Archiepiscopo Mediolanensi electum, Laudensis populus evexit ad sedem anno 1025. eodemque anno cum de jurisdictione cum Mediolanensi Archiepiscopo Ariperto, cum aliis finitimis decertaret, atque utrinque instructae acies procurrissent, Oldericus desideratus est apud Mottam in campo malo. Hunc confundunt nonnulli cum Olderico, seu Alerico Astensi Episcopo, qui in pace quievit anno 1036. ut supra in Astensibus Episcopis retulimus (*a*). Consule de eo Ludovicum Cavitellum in Annal. Cremonae.

ADNOTATIONES.

Clarissimus Saxius in *Mediolanensium Antistitum historia* pag. 404., & Auctor adnotationum in Arnolphi hist-

historiam Mediolanensem *T. IV. Rer. Italic. p.* 17. Ughellium jure carpunt, quod Oldericum in pugna ad Campum malum (Locus est Laudem inter & Mediolanum, *Cantonale* nunc appellatus) non Astensem, quemadmodum Hermannus Contractus, Corius, & Sigonius docuerant, sed Laudensem Episcopum fuisse tradiderit. Ughellium tamen excusant, quod quum Astensem Episcopum ad annum MXXXVI. vixisse pluribus, iisque certissimis monumentis perspiceret, pugnam autem ad campum malum a. MXXV. contigisse cum Sigonio ipso aliisque crederet, alium Oldericum necesse habuerit in medium adferre, Laudensem nempe Episcopum, qui in illo praelio ceciderit. Verum ex Vvippone, Arnulpho, & Hepidanno constat, anno tantum MXXXVI. bellum inter Mediolanenses, ac Laudenses exarsisse. Quare nulla jam Ughellio caussa esse posset alium ab Astensi inquirendi Oldericum. Qui enim a. MXXXVI. Taurini in Aedibus S. Johannis Baptistae humatus fuit Oldericus Astensis, Pingonio teste, is eodem anno in prelio ad Campum malum mortem potuerat oppetiisse.

At quod iidem doctissimi viri Oldericum e Laudensium Episcoporum indice expungere omnino videntur, probari mihi satis non potest. Quid enim verisimilius esse potest, quam Laudenses quum ab Heriberto eligendum Ambrosium suspicarentur, novum sibi de more delegisse Episcopum? quo & jura sua luculentius comprobarent, & Ambrosii conatibus securius obviam irent. Qua etiam de caussa non Laudensem, sed Cremonensem elegerunt Oldericum de Gosulenghis. Haec autem a. MXXVI., non MXXV., contigerunt,

quemadmodum ex Arnulpho discimus. Verum quum Heriberti potentia Ambrosium sustentari Oldericus cognosceret, in patriam rediit, ubi a. MXXXII. *Ecclesiae & Monasterio S. Martini illius Civitatis* (verba sunt tabulae Episcoporum Laudensium) *per instrumentum traditum a* Ghisalberto Asnardo Conradi *Imperatoris, Notario, centum terrae jugera ex propriis facultatibus in loco Ossularii ditionis Cremonensis perpetuo pro ejus anima concessit*. Quid deinceps egerit, aut quamdiu vixerit, incertum est. Unum illud esse exploratum debet eum in pugna ad Campum malum non cecidisse.

XXVI. AMBROSIVS Archinius (*a*) Canonicus Ordinarius Mediolanensis Laudensis Antistes electus est anno 1025. Cujus obtenti Episcopatus, ex privilegio Conradi Imperatoris armisque intentatis, Eripertus Archiepiscopus Mediolanensis eidem possessionem asseruit, confirmavitque. Caeterum magnarum virtutum Praesul fuit, morumque probitate singulari. Hanc Ecclesiam cum diuturniori mora administrasset, lachrymantibus cunctis, excessit e vita. Hujus temporibus, inque ipsius gratiam, Rolinda Comitissa, uxor Ildebrandi mensae Episcopali dilargita est Oppida Sancti Viti, atque Castalionis cum suis pertinentiis (*b*) anno 1044. (*c*). Ambrosii meminit Sigonius, Ripamontius, & alii. Memoratur in Synodo Papiensi anno 1046. 8. Kal. Novembris (*d*) celebrata.

ADDITIONES.

(*a*) Arlunus, non *Archinius*.

(*b*) En ipsum Rolindae monumentum ex Episcopali archivo depromptum.

„ Anno

Digitized by Google

„ Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Mileximo quadrageſimo quarto nono Chalendas Junii ;
„ indicione duodecima Epiſcopio ſanctae Laudenſis Ec-
„ cleſiae , ubi nunc Domnus Ambroxius Epiſcopus preor-
„ dinato eſſe videtur . Ego Rolinda filia quondam Lam-
„ framci , qui fuit Comes , qui profeſſa ſum ex nacione
„ mea Legem vivere Langobardorum , conſenciente mihi ,
„ & ſubter confirmante Alexander , & Lanfrancus ger-
„ mano meo , & Oprandus mundo aldibus meis offer-
„ tris , & donatrice ipſius Epiſcopio preſen preſen diſi .
„ Quiſquis in Scantis (*ſic* .) ac in venerabilibus locis ,
„ & ſuis aliquit contulerit rebus juſta auctoris vocem
„ in oc ſeculo centuplum accipiad ; inſuper quod me-
„ lius eſt , vitam poſſidebit eternam : ideoque ego qui
„ ſupra Rolinda dono , & offero a preſenti die in eo-
„ dem epiſcopio , ideſt meam porcionem , quod terciam
„ pars de pecias quinquaginta & octo de terra arra-
„ toria juris mei , quam habere viſo ſum in loco , &
„ fundo ubi Caſale Lupani dicitur , loco nominante
„ Sancto Vito . Prima pecia de terra jacet ad locum
„ ubi Ponticello dicitur eſt ipſa terciam porcionem ,
„ exinde per menſura juſta perticas jugealis novem &
„ tabulas ſedecim . Coheret tam ad ipſam porcionem ,
„ quamque ad ſuper totum da mane , & muns vias .
„ Secunda pecia de terra ibi loco tantum una ex ipſa
„ via inter medium & ipſa tercia porcionem exinde
„ per menſura juſta juge una & pertica una , & ta-
„ bules quindecim coheret ad ſuper totum da meridie
„ ipſa via . Tercia pecia de terra ibi prope eſt ipſam
„ terciam pars exinde per menſura juſta perticas octo

Digitized by Google

„ & tabulas quindecim. Coheret ad ſuper totum da
„ ſera foſato, da meridie in aliquit via. Quarta pecia
„ de terra ubi loco Ponticello, eſt ipſam terciam pars
„ exinde per menſura juſta perticas tres & tabulas octo.
„ Coheret ad ſuper totum: da ſera terra ipſius Epi-
„ ſcopio; Da mons via. Quinta pecia ibi loco eſt ip-
„ ſam terciam pars exinde per menſura juſta pertica
„ una & tabules undecim. Coheret ad ſuper totum
„ da mons via. Seſta pecia de terra ad locus ubi Lin-
„ tigonſa dicitur, eſt ipſam terciam pars exinde per men-
„ ſura juſta pertica una, & tabulas octo. Coheret ad
„ ſuper totum da una parte Andrei; da alia via. Sep-
„ tima pecia ibi loco. eſt ipſam terciam pars exinde
„ per menſura juſta perticas ſex & tabules ſedecim.
„ Coheret ad ſuper totum: da mane terra ipſius Epi-
„ ſcopio. Octava pecia de terra ibi loco Lintigonſa
„ ut ipſam terciam pars exinde per menſura juſta juge
„ una & perticas tres. Coheret jam ad ipſam porcio-
„ nem quamque ad ſuper totum: da meridie terra jam
„ dicti Epiſcopio. Nona pecia de terra, cum inciſſa
„ inibi habente, & in aliquit Buſcalia ibi ſe tenente,
„ jacet ad locus, ubi vico Anzoni dicitur eſt ipſam
„ terciam pars exinde per menſura juſta juges duas,
„ & tabulas triginta, & una. Coheret tam ad ipſam
„ porcionem, quamque ad ſuper totum: da mane An-
„ drei. Decima pecia ibi prope eſt ipſam terciam pars
„ exinde per menſura juſta perticas tres, & tabulas
„ octo. Coheret ad ſuper totum da ſera, & mons vias.
„ Undecima pecia de terra ibi prope tantum una ex ipſa
„ via inter medium eſt ipſam tercian pars exinde per

„ men-

Digitized by Google

„ menſura juſta perticas duas . Coheret ad ſuper totum :
„ da meridie ipſa via : da ſera ipſius Andrei . Duodecima
„ pecia de terra ibi loco eſt ipſam terciam pars exinde
„ per menſura juſta perticas ſeptem & tabulas quatuor .
„ Coheret ad ſuper totum da meridie terra Ottoni Ga-
„ ſtoldo , da muns eidem Andrei . Tercio decima pecia
„ de terra ibi non longe eſt ipſam terciam porcionem
„ exinde per menſura juſta perticas quatuor & tabu-
„ las octo . Coheret ad ſuper totum da una parte de
„ heredes quondam Garialdi . Quarta decima pecia de ter-
„ ra ibi prope eſt ipſam terciam pars exinde per men-
„ ſura juſta perticas duas , & tabulas octo . Coheret
„ ad ſuper totum da ſera ipſius Epiſcopio . Quinta de-
„ cima pecia de terra cum inciſſa , ibi non longe eſt
„ ipſam terciam porcionem exinde per menſura eſt per-
„ ticas tres & tabulas tredecim . Coheret ad ſuper to-
„ tum da mane & ſera tenet Octo . Sexta decima pe-
„ cia de terra ibi loco eſt ipſam terciam porcionem
„ exinde per menſura juſta perticas duas . Coheret ad
„ ſuper totum da mane ipſius Andrei , da meridie via .
„ Septima decima pecia de terra ibi loco eſt ipſam ter-
„ ciam pars exinde per menſura juſta pertica una , &
„ tabules novem . Coheret ad ſuper totum da mane &
„ muns vias . Octava decima pecia de terra cum inci-
„ ſa , eſt ipſam terciam pars exinde per menſura juſta
„ perticas octo , & tabulas octo . Coheret ad ſuper
„ totum : da ſera ipſius Epiſcopio : da meridie via . No-
„ nadecima pecia de terra cum inciſas ibi loco Vico
„ Anzoni tantum ipſa viam inter medium eſt ipſam
„ terciam pars exinde per menſura juſta perticas de-

Digitized by Google

„ cem & tabules octo. Coheret ad ſuper totum: da
„ ſera via. Vigexima pecia de terra ibi loco eſt ipſam
„ terciam pars exinde per menſura juſta perticas ſeptem,
„ & tabulas quatuor. Coheret ad ſuper totum da mane
„ via. Vigexima prima pecia de terra ibi non longe
„ eſt ipſam terciam pars exinde per menſura juſta per-
„ ticas duas, & tabules decem. Coheret ad ſuper to-
„ tum da mane Anſelmi, da muns via. Vigexima ſe-
„ cunda pecia de terra ibi loco eſt ipſa terciam pars
„ exinde per menſura juſta pertica una, & tabulas ſe-
„ decim. Coheret ad ſuper totum da mane tenet Imil-
„ da. Vigexima tertia pecia de terra ibi loco eſt ipſam
„ porcionem exinde per menſura juſta perticas tres, &
„ tabulas quatuor. Coheret ad ſuper totum da mane
„ via. Vigeſima quarta pecia de terra, ibi non longe
„ cum inciſa eſt ipſa terciam pars exinde per menſura
„ juſta perticas tres, & tabulas duodecim. Coheret ad
„ ſuper totum da ſera ipſius Epiſcopio, da muns Am-
„ broxi. Vigeſima quinta pecia de terra ibi prope eſt
„ ipſam terciam pars exinde per menſura juſta pertica
„ una. Coheret ad ſuper totum da mane & meridie
„ ipſius Epiſcopio. Vigexima ſeſta pecia de terra ibi
„ prope eſt ipſam porcionem exinde per menſura juſta
„ perticas duas & dimidia. Coheret ad ſuper totum da
„ mane ipſius Epiſcopio. Vigexima ſeptima pecia de ter-
„ ra ibi non longe eſt ipſam terciam pars exinde per
„ menſura juſta perticas duas, & tabules ſedecim.
„ Coheret ad ſuper totum da mane, & ſera ipſius Epi-
„ ſcopio. Vigexima octava pecia de terra ibi prope eſt
„ ipſam terciam pars exinde per menſura juſta perticas

„ duas

„ duas, & tabules decem. Coheret ad ſuper totum da
„ ſera Sancti Antolani. Vigexima nona pecia de terra
„ ibi loco eſt ipſam porcionem exinde per menſura juſta
„ perticas duas. Coheret ad ſuper totum da mane, &
„ meridie jam dicti Epiſcopio. Trigexima pecia de ter-
„ ra ibi loco Vico Anzoni, eſt ipſam terciam pars exin-
„ de cum inciſa inibi abente per menſura juſta perti-
„ cas udecem, & tabulas octo. Coheret ad ſuper to-
„ tum da mane via: da ſera, & muns eidem Epiſco-
„ pio. Trigexima prima pecia de terra ibi loco eſt ip-
„ ſam terciam pars exinde per menſura juſta perticas
„ octo. Coheret ad ſuper totum da meridie jam dicti
„ Epiſcopio. Trigexima ſecunda pecia de terra ibi loco
„ eſt ipſam terciam pars exinde per menſura juſta per-
„ ticas quatuor, & tabules quindecim. Coheret ad ſu-
„ per totum da mane, tenet Sancto Vito: da meridie
„ eidem Epiſcopio. Trigeſima tertia pecia de terra ibi
„ loco cum inciſas inibi abente, & arboris Caſtaneis
„ in parte ſuper abente eſt ipſam terciam pars exinde
„ per menſura juſta perticas jugealis ſedecim. Coheret
„ ad ſuper totum da meridie jam dicti Epiſcopio & lo-
„ cum, quae vocatur Savio!. Trigeſima quarta pecia
„ de terra ibi prope eſt ipſam porcionem exinde per
„ menſura juſta perticas tres. Coheret ad ſuper totum
„ da mane Sancti Silici. Trigexima quinta pecia de
„ terra jacet ad locus ubi Ceucini dicitur, eſt ipſam
„ terciam porcionem exinde per menſura juſta juge
„ una & pertica octo. Coheret ad ſuper totum da
„ mane ad ſera jam dicti Epiſcopio: da Meridie de Mo-
„ naſterio Sancti Petri ſito Laude. Trigexima ſeſta pe-

„ cia

„ cia de terra ad locus, ubi Linaſſco dicitur, & ſu-
„ per ſtrada eſt inciſa inibi abente; eſt ipſa terciam
„ pars exinde per menſura juſta perticas octo, & ta-
„ bulas octo. Coheret ad ſuper totum: da mane Vva-
„ rimberti, da ſera via. Trigexima ſeptima pecia de
„ terra ibi prope eſt ipſam porcionem exinde per men-
„ ſura juſta perticas tres. Coheret ad ſuper totum da
„ ſera Sancti Ambroſii. Trigeſima octava pecia de ter-
„ ra ibi loco eſt ipſam porcionem exinde per menſura
„ juſta perticas duas & tabules tres. Coheret ad ſuper
„ totum da mane Joanni, & Angelberti presbitero Ger-
„ manis. Trigexima nona petia de terra ibi loco Li-
„ naſſco eſt ipſam terciam pars exinde per menſura ju-
„ ſta perticas juge aliis viginti & una, & tabules octo
„ cum inciſas inibi abente. Coheret ad ſuper totum
„ da mane foſſato: da meridie, & ſera predicta Epi-
„ ſcopio. Quadragexima pecia de terra ibi Linaſſco di-
„ citur Budrianca cum inciſas inibi abente; eſt ipſam
„ teroiam pars exinde per menſura juſta juges legipti-
„ mas quinque, & perticas jugealis quatuordecim. Co-
„ heret tam ad ipſam terciam porcionem, quamque ad
„ ſuper totum da mane de heredes quondam Gumper-
„ ti: da meridie via. Quadragexima prima pecia de
„ terra ibi loco dicitur ſuper ſtrada eſt eadem porcio-
„ nem exinde per menſura juſta perticas novem, &
„ tabulas octo. Coheret ad ſuper totum da mane jam
„ dicti Epiſcopio: da muns foſſato. Quadragexima ſe-
„ cunda pecia de terra ibi prope eſt ipſam porcionem
„ exinde per menſura juſta perticas tres & dimidia
„ coeret ad ſuper totum da muns foſſato. Quadrage-
„ xima

„ xima tertia pecia de terra ibi prope eſt ipſam terciam
„ pars exinde per menſura juſta perticas quinque. Co-
„ heret ad ſuper totum da muns jam dicti Epiſcopio.
„ Quadragexima quarta pecia de terra ibi loco eſt ip-
„ ſam terciam pars exinde per menſura juſta perticas
„ quatuor, & tabules viginti. Coheret ad ſuper totum
„ da mane, & muns predicti Epiſcopio. Quadragexi-
„ ma quinta pecia de terra ibi ſe tenente cum inciſas
„ eſt ipſam terciam porcionem exinde per menſura ju-
„ ſta juges duas & perticas decem. Coheret ad ſuper
„ totum da ſera via. Quadragexima ſeſta pecia de ter-
„ ra cum inciſas inibi abente, jacet ad locus, qui di-
„ citur Retraſco eſt ipſam terciam porcionem exinde per
„ menſura juſta juges legiptimas decem, & ſeptem, &
„ perticas ſex. Coheret tam ad ipſam terciam porcio-
„ nem, quamque ad ſuper totum: da mane eidem Epi-
„ ſcopio; da meridie in abiqui via; da ſera foſato, &
„ in aliqui Petri. Quadragexima ſeptima pecia de terra
„ dicitur Abuario prope Caſtilioni eſt ipſam porcionem
„ exinde per menſura juſta pertica una tabules ſede-
„ cim. Coheret ad ſuper totum: da mane & muns
„ vias. Quadragexima octava pecia de terra ibi loco
„ Budrio eſt jam dictam portionem exinde per menſu-
„ ra juſta pertica una, & tabules decem & octo. Co-
„ heret ad ſuper totum da omnes partes foſatas. Qua-
„ dragexima nona pecia de terra ibi prope cum Buſſca-
„ lia in parte ſuper abente eſt eadem porcionem exin-
„ de per menſura juſta perticas undecim. Coheret ad
„ ſuper totum da ſera foſato. Quinquagexima pecia
„ de terra cum in aliquit buſcalia in parte ſuper aben-

„ te

„ te jacet ad locus ubi dicitur Coxi eſt ipſam terciam
„ porcionem exinde per menſura juſta juges duas. Co-
„ heret tam ad ipſam porcionem, quamque ad ſuper
„ totum: da ſera inſola; da muns rio qui dicitur Co-
„ xi. Quinquageſima prima pecia de terra ibi prope eſt
„ jam dictam terciam porcionem exinde per menſura
„ juſta perticas octo & tabulas octo. Coheret ad ſuper
„ totum da meridie, & muns eidem Smildae. Quin-
„ quagexima ſecunda pecia de terra ibi prope dicitur
„ Subte munte eſt iam dictam porcionem exinde per
„ menſura juſta perticas octo, & tabulas octo. Cohe-
„ ret ad ſuper totum da meridie & muns ipſius Smil-
„ dae. Quinquagexima tercia pecia de terra ibi loco eſt
„ ipſam porcionem exinde per menſura juſta perticas
„ duas, & tabulas ſedecim. Coheret ad ſuper totum
„ da meridie jam dicto Epiſcopio. Quinquagexima quar-
„ ta pecia de terra jacet in eodem loco Caſale Lupani,
„ eſt ipſam porcionem exinde per menſura juſta perti-
„ cas duas & tabulas tres. Coheret ad ſuper totum
„ da ſera, & Muns vias. Quinquagexima quinta pe-
„ cia de terra ibi loco eſt ipſam porcionem exinde per
„ menſura juſta perticas quatuor. Coheret ad ſuper to-
„ tum da mane, & meridie vias. Quinquagexima ſex-
„ ta petia de terra dicitur ſuper ſtrada eſt eadem por-
„ cionem exinde per menſura juſta perticas quinque.
„ Coheret ad ſuper totum da ſera via. Quinquagexima
„ ſeptima pecia de terra dicitur Alinaſſco eſt eadem ter-
„ ciam porcionem exinde per menſura juſta perticas de-
„ cem, & ſeptem. Coheret ad ſuper totum da mane,
„ & meridie vias da ſera, & muns jam dicto Epiſco-
„ pio.

Digitized by Google

„ pio. Quinquagesima octava pecia de terra ibi prope
„ est ipsam terciam porcionem exinde per mensura ju-
„ sta perticas novem & tabulas octo da tres partes jam
„ dicti Episcopio, si ibi quae ali sunt im nis omnibus
„ coherentes. Quae autem suprascriptis rebus juris mei
„ superius dictis una cum accessionibus & ingressora,
„ seu superioribus, & inferioribus suis earum rerum
„ qualiter superius legitur in integrum ab hac die in
„ eodem Episcopio Sanctae Laudensis Ecclesiae dono,
„ & aufero per presente cartam auferssionis, ibidem
„ abendum confirmo faciendum exinde pars ipsius Epi-
„ scopio a presenti die proprietario nomine quiquit vo-
„ lueritis sine omni mea, heredum meorum contradi-
„ ctione adque pro anima mea mercedem quidem &
„ spondeo adque promitto ne ego qui supra Rolinda
„ una cum eos heredes eisdem rebus pars ipsius Epi-
„ scoparum ab omni omine defensare; qui si defende-
„ re non potuerimus aut si pars prænominati Episco-
„ patum per covis genium subtrahere quexierimus, tunc
„ in duplum eisdem rebus ut superius legitur pars ip-
„ sius episcopio restituamus, sicut pro tempore fuerit
„ melioratis, aut valuerit, sub estimatione in contimi-
„ libus locis: hanc enim auferssionis cartam paginam
„ Laurentij Notarij sacri Palacij tradidit scribere roga-
„ vit, in qua subter confirmans testibus, quod obtu-
„ lit roborandum. Actum infra Castro Kabenaco feli-
„ citer.

„ Signum manus suprascripta Rolinda qui hanc
„ cartam aufferssionis ut supra fieri rogavi, & ei relecta
„ est.

„ Si-

Digitized by Google

„ Signum manibus ſupraſcriptorum Alexandri, &
„ Oprandri qui eidem Rolinda mundoalda ſuorum
„ conſemſerunt ut ſupra.

„ Signum manibus Ugoni & Anſelmi germanis, ſeu Bernardi adque Liuprandi teſtes.

„ Ego qui ſupra Laurenzo Notarius ſacri Palacij
„ ſcriptor hujus cartae auferſionis poſt tradita comple-
„ vi, & dedi feliciter.

(c) VI. Kal. Novembres lege ex Sigonio de *Regno Italiae* lib. VIII. *col.* 513.

(d) Anno porro 1051. VI. Eidus Apriles in vivis erat, quo die nova in Caſtro S. Viti bona Epiſcopali Sedi adceſſerunt ex Ilderadi & Imillae liberalitate. Non pigebit ipſam donationis ejuſmodi chartam heic reddere ex autographo deſcriptam.

„ In nomine Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti ſe-
„ cundo Enricus gratia Dei Imperator Auguſtus Anno
„ Imperii ejus Deo propicio quinto, octavo Die Men-
„ ſis Aprelis indicione quarta; Epiſcopio ſancte Lau-
„ denſis Eccleſie, ubi nunc Domnus Ambroxius Epi-
„ ſcopus preordinato eſſe videtur. Nos Ilderadus filius
„ quondam item Ilderadi qui fuit de loco Comazo, &
„ Imilla Jugalibus filia Petri, qui profeſa ſum ex na-
„ cione mea legem vivere Langobardorum, ſed nunc
„ pro ipſo viro meo legem vivere videor Ribuariorum,
„ ipſo namque jugale & mundoaldo meo mihi conſen-
„ ciente, & ſubter confirmante & juſta capitulare
„ Langobardorum, in qua inter cetera continere vide-
„ tur, ut ſicut mulier cum viro ſuo habet poteſtatem
„ res ſuas venundandum, ita & donandum; ideoque

„ nos

Digitized by Google

„ nos qui ſupra Ilderadus & Imilla Jugalibus, una
„ cum noticia de propinquioribus Parentibus meis c̄ſ fe-
„ mine ſunt ſupraſcripto Petrus & Addelardus adque
„ Teudaldus Pater & filii genitor & germanis meis,
„ in eorum preſencia vel teſtium certam facio profeſ-
„ ſionem, quod, nullam me pati violenciam ad quem-
„ piam Ominem, nec ab ipſo Jugale & mundoaldo
„ meo, niſi mea bona & ſpontanea volumtate offerto-
„ res, & donatores ipſius Epiſcopio preſentibus pre-
„ ſendiſſimis & in preſencia Ariprandi miſſo Donni
„ Secondo Enrici Imperatoris in Civitate Laude, in
„ Caminata Malore Domui Epiſcopio ſancte Laudenſis
„ Eccleſia per data licencia ipſius Donni Ambroſius
„ Epiſcopus, & ipſius Epiſcopio in Mallo, & in Iu-
„ dicio reſidebat ipſe Ariprandus miſſo idem Donni
„ Imperatori juſtitiam faciendam ac deliberandam adeſ-
„ ſet cum eo Johannes, qui & Teuzo, Giſelbertus
„ & Vuido Judices Sacri Palacii Vvalpertus, qui &
„ Bezo, Ariboldus Notarii idem Sacri Pallacii, Teu-
„ mario, Armannb, Lamberto, Oggerio, & Angel-
„ bertus legem viventes ribuariorum, Rainaldus, Vval-
„ fredus, Ariboldus da Paderno, & reliqui plures ibi-
„ que in eodem judicio, tam in eorum quamque &
„ in preſencia teſtium quiſquis in Sanctis, ac in ve-
„ nerabilibus locis, & ſuis aliquit contulerit rebus juſta
„ auctoris vocem in oc ſeculum centuplum accipiad,
„ & inſuper quod melius eſt vita poſſidebit eterna.
„ Ideoque nos qui ſupra Ilderadus & Imilla Jugalibus,
„ donamus & offerimus in preſenti die in eodem Epi-
„ ſcopio Sanctae Laudenſis Eccleſiae pro animae noſtre

„ mer-

„ mercede. Hoc sunt cunctis casis & omnibus rebus
„ illis juris nostris jugalibus, quas habere visi sumus
„ in locas Casale Lupani, & ubi Sancto Vito dicitur,
„ cum nostram porcionem de Castro & Ecclesia, cum
„ area sua, ubi Monesterio edificatum est inibi habente
„ & est ipsam Ecclesia edificata in onore Sanctorum
„ ipsius Viti, Modesti adque Crexscencia & in loco
„ ubi Senedoglio dicitur, cum nostram porcionem de
„ Capella una cum Area sua inibi abente, & est ipsa
„ Capella edificata in onore Sancti Golombani, adque
„ in eorum territoriis, ac Jacenciis & inde pertinen-
„ tibus, sive eciam super Fluvio Addua in locas Tram-
„ baque, & in Ramelle predictis rebus in easdem lo-
„ cas, Casale Lupani, & ubi Sancto Vito dicitur,
„ & in eorum territoriis ac Jacenciis, & pertinenciis,
„ sunt per mensura justa de Area Castro cum Fosatas
„ inibi habente, & Area Ecclesia ubi predictum Mo-
„ nesterium edificatum est, nostram porcionem juge le-
„ gitima, una est de Sediminibus foris eodem Castro,
„ & areis, ubi vites essant juges legitimes quatuor,
„ & de terris arabilis juges legitimas centum quinqua-
„ ginta, & de pratis juges quatuor, & de areis ubi
„ Silva essad juges legitimas quinquagima prenominatis
„ rebus in suprascripto loco Senedogo, & in ejus ter-
„ ritorio sunt per mensura justa inter area, ubi Ca-
„ strum veterum fuit & area capella nostram porcio-
„ nem adque Sediminibus & vites cum areis ubi essant
„ sive terris arabilis, & pratis adque Silvis cum areis
„ suarum juges legitimes quadraginta jam nominatis re-
„ bus supra fluvio Addua in jam dictas locas Tram-

baque,

„ baque, & in Ramelle ſunt per menſura juſta inter
„ terris arabilis, & areis ubi Silva eſtant juges legi-
„ times centum & ſi amplius de noſtro juris rebus in
„ eadem locas caſale lupani, Sancto Vito, Senedogo,
„ Trambague, Ramelle, & in eorum territoriis ac Ja-
„ centiis, & pertinenciis inventus fuerint quam ut ſu-
„ pra menſura legitur per anc cartam offerſionis in
„ jure ipſius Epiſcopio aut cui pars ipſius Epiſcopio
„ dederint perſiſtad poteſtatem proprietario jure . . . .
„ dictum eſt ipſis rebus tam caſis, ſediminibus, &
„ vineis, cum areis ſuarum terris arabilis, Gerbis,
„ Pratis, Paſcuis, Silvis, maloribus, ac ſtellareis cum
„ areis ſuarum, ripis rupinis ac Palutibus, molendi-
„ nis, & piſcacionibus, coltis, & incoltis, diviſi, &
„ indiviſi, una cum finibus terminibus, acceſſionibus
„ & uſibus aquarum, aquarumque deductibus cum omni
„ jure, ac facenciis & pertinenciis earum rerum per lo-
„ cas & vocabolas ad ipſis rebus pertinentibus in in-
„ tegrum. Quae autem ſuprafcriptis rebus juris noſtris
„ ſuperius dictis una cum acceſſionibus & ingreſoras,
„ ſeu ſuperioribus & inferioribus earum rerum qualiter
„ ſuperius legitur in integrum ab ac die in eodem
„ Epiſcopio Sanctae Laudenſis Eccleſiae donamus &
„ offerimus, & per preſentem cartam offerſionis ibi-
„ dem abendum confirmamus, & inſuper per Coltel-
„ lum, Fiſtuccam, notatum Vvantonem, & Vvaſo-
„ nem terre, adque ramum arboris pars jam dicti Epi-
„ ſcopio exinde legitimam facimus tradicionem & ve-
„ ſtituram & nos exinde foris expulſimus, Vvarpivi-
„ mus, & abſaſito fecimus & a parte ipſius Epiſcopio

Digitized by Google

„ a proprietatem abendum relinquimus faciendam exinde
„ pars jam dicti Episcopio aut cui pars jam dicti Epi-
„ scopio dederint proprietario nomine quicquid volue-
„ rint pro animae nostre mercedem sine omni nostram
„ qui supra jugalibus & heredum ac proheredumque
„ nostrorum contradictione vel repeticione. Si quis vero
„ quod futurum esse non credimus, si nos ipsis juga-
„ libus, quod absimus, aut ullus de heredibus, ac pro-
„ heredibus nostris seu quislibet opposita persona con-
„ tra hanc cartam offersionis ire quandoque tentaveri-
„ mus, aut eam per covis genium infragere quesieri-
„ mus, tunc inferamus ad illam partem, contra quem
„ exinde litem intulerimus, multa quod est pena auro
„ autimo oncias centum, & argentum ponderas mille,
„ & quod repetierimus, & vindicare non valeamus,
„ presens anc cartulam offersionis dioturnis temporibus
„ firma permaneat, adque persistat inconvulsa cum sti-
„ pulacione subnixa, & ad nos qui supra Ilderadus
„ & Imilla Jugalibus, nostrisque heredibus pars jam
„ dicti Episcopio, aut cui par jam dicti Episcopio de-
„ derint suprascriptis rebus qualiter superius legitur in
„ integrum ab omnem sint defensatis. Quot si defendere
„ non potuerimus, aut si pars eidem Episcopio exinde
„ per covis genio subtragere quesierimus tunc in du-
„ blum eadem offersio ut supra, vel pars ipsius Epi-
„ scopio restituamus sicut pro tempore fuerint meliora-
„ tis aut valuerint sub estimacione in consimilibus lo-
„ cis; anc enim cartulam offersionis & bergamena cum
„ actramentario de terra elevavimus paginam Petri No-
„ tarius sacri Palacii tradidit, & scribere rogavit, in

„ qua

„ qua ſubter confirmans teſtibus quae obtulit roboran-
„ dam. Actum ſupraſcripta Civitate Laudae.

„ Signum manibus ſupraſcriptorum Ilderadi & Imil-
„ la Jugalibus, qui hanc cartulam offerſionis fieri ro-
„ gaverunt, & ipſe Ilderadus eidem Comius & mun-
„ doalda ſua conſenſi ut ſupra.

„ Signum manibus ſupraſcriptorum Petri & Ade-
„ lardi, ſeu Teudaldi Patris, & Filii, qui eadem Imilla
„ filia, & Germana ſuorum interogaverunt ut ſupra.

„ Signum manus ſupraſcripto Ariprandi qui unc
„ ſignum, Cruce fecit & miſus fuit ut ſupra.

„ Joannes qui & Teuzo Judex ſacri Palacii in-
„ terfui.

„ Giſelbertus Judex ſacri Palacii interfui.

„ Vvido Judex ſacri Palacii interfui.

„ Signum manibus ſupraſcriptorum Teumarii &
„ Armanni ſeu Lamberti ſeu Oggerii, & Angelberti
„ omnes legem viventes Ribuariorum teſtes.

„ Signum manibus Obizoni, & Bonizoni, & Ugo-
„ ni, adque Amizoni ſive Johanni, adque Mauroni,
„ & Vidoni teſtes.

„ Ego qui ſupra Petrus Notarius ſacri Palacii ſcriptor
„ ujus cartula offerſionis poſt tradita complevi & dedi.

XXVII. OBIZO, quem ſummopere de zelo pietatis commendat Gregorius VII. in epiſtola ad Laudenſes (*data V. Non. Martii Indictione XIII. i. e. a.* 1075.) Memoratur in geſtis Nicolai II. Papae anno 1061.

ADDITIO.

A. 1065. IX. Kal. Majas Lanfrancus de Comatio

Presbyter Opizoni ejusque Ecclesiae bona quaedam, & jura obtulit in sequente publico monumento descripta.

„ Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi „ millesimo sexagesimo quinto nono Kalendas Maius „ indictione tercia Episcopio Sancte Laudensis Ecclesie „ ubi nunc Donnus Oppizo Episcopus ipsius Sedi pre„ ordinatus esse videtur. Ego Lanfrancus Presbiter de „ ordine & plebe Sancte Efumie sita plebe Bariano „ & habitator in loco Comazo qui profeso sum legem „ vivere Romana offertor & donator ipsi Episcopio „ propterea dili: quisquis in Sanctis, ac in venerabili„ bus locis & suis aliquit contullerit rebus justa octo„ ris vocem in oc seculo cemtuplum accipiat insuper „ quod melius est vita possidebit eterna. Ideoque ego „ qui supra Lanfrancus presbiter dono & offero & per „ presentem cartam offersionis in eodem Episcopio pro „ mercede anime mee hoc est porcionem de omnibus „ casis & rebus territoriis illis juris mei quibus sunt „ positis in Comitatu Laudense in locas & fundas Sancto „ Vitto & in Senedogo. Nominative ipsa porcionem, „ qui fuit quondam Ottoni, quas mihi avenit per cartam „ vendicionis da Orfrixa filia quondam suprascripto Or„ toni, & Otto filius Alberci seu item Alberici cu„ niato, & fratre ipsius Orfrixe tam infra Castris de „ suprascripto loco Sancto Vitto & in suprascripto Se„ nedogo, quamque & foris castri ab ipsa corte perti„ nentibus tam casis quam edificiis cum sediminibus „ & vites pratis pascuis silvis majoribus cum areis sua„ rum de terris aretelis, rivis, rumpinis, ac paluribus „ coltis & incoltis divisis & indivisis una cum finibus,

„ termi-

„ terminibus, acceſſionibus, & uxibus aquarum, aqua-
„ rumque deductis, molandinis, & piſcacionibus da ſu-
„ praſcripta parte fluvio Ada quaque da illa omnia in in-
„ tegrum. Simulque per anc cartam offerſionis dono ego
„ qui ſupra Lanfrancus Presbiter omnia que mihi pertinent
„ de predicta Eccleſie monaſterio Sancti ipſius Viti &
„ de Eccleſia Sancti Columbani quibus ſunt edificatas
„ in ſupraſcriptis locis Sancto Vitto & Senedogo &
„ domibus caſis & rebus que eadem eccleſiarum per-
„ tinet in integrum: volo autem ſupraſcriptis caſis &
„ rebus omnibus juris mei quod ego oblicavi juri pi-
„ gnori in Arialdus Salvatico filius quondam Dominici
„ & ipſe Arialdus in me tradavi per cartam una ven-
„ dicionis faciendi quot quot voluerit. Superius dicta
„ una cum acceſſionibus & egreſſo ſeu ſuperioribus &
„ inferioribus earum rerum qualiter ſuperius legitur
„ que eadem porcionem pertinet in integrum ab ac die
„ in eodem Epiſcopio dono & offero & per preſen-
„ tem cartam offerſionem ibidem abendum confirmo fa-
„ ciendum exinde pars ipſius Epiſcopio Sancte Lauden-
„ ſis Eccleſie, aut cui pars Epiſcopio dederit proprieta-
„ rio nomine quiquit voluerit ſine omni mea & ere-
„ dum meorum contradictione adque pro mercede ani-
„ me mee Et defenſione & abſque reſtoracione ex...
„ Si de meo qui ſupra Lanfrancu Presbitero datum aut
„ factum vel colibet ſcriptum apparuerit quod ego de
„ ſupraſcriptis caſis & caſtri atque rebus omnibus in
„ aliam partem feciſem & claruerit tunc da illam par-
„ tem unde oc apparuerit ego qui ſupra Lanfrancus
„ Presbiter & mei eredibus a parte ipſius Epiſcopio aut

 „ cui

Digitized by Google

„ cui pars Episcopio dederit suprascriptis casis & castri
„ & rebus omnibus in integrum ab omni omine de-
„ fensare promitto quid si defendere non potuerimus a
„ parte . . . de aliquit per covis genium . . . . sub-
„ tragere quesierimus tunc in dublum eundem porcio-
„ nem de casis castris atque rebus omnibus ut supra
„ legitur a parte ipsius Episcopio Sancte Laudensis Ec-
„ clesie restituamus sicut pro tempore fuerint meliora-
„ tis aut valuerint sub estimacione in consimile locas.
„ Nam da illam partem unde meum datum aut factum
„ non apparuerit quod ego exinde in aliam partem fe-
„ cissem nihil ipsi parte Episcopio defendere nec resto-
„ rare promitto excepto ut supra & mihi liceat ullo
„ tempore nolle quod voluit, sed quod a me semel fa-
„ ctum vel conscriptum est sub jusjurandum inviolabi-
„ liter conservare promitto cum stipulacione subnixa anc
„ enim cartam offersionis paginam Erlembaldi Notarij
„ sacri Pallatij tradidit, & scribere rogavi in qua sub-
„ ter confirmans testibusque obtoli roborandam. Actum
„ Civitate Laude.

„ Lanfrancus Presbiter a me facta subscripsi.

„ Signum manuum Ardericum & Ugonem seu Ban-
„ baronem adque Crispionem & Arialdonem omne lege
„ viventi romana testium.

„ Signum manibus Teudaldi & Loterij seu Albe-
„ rici Testium.

„ Signum manuum Ottonum & Ilderadum germa-
„ nis infantuli qui ad confirmandum manum posuerunt
„ & anc cartam juserunt fieri sicut supra legitur.

„ Ego qui supra Erlembaldus Notarius sacri Palla-

„ cij

„ cij Scriptor cujus carte offersionis post tradita com-
„ plevi & dedi.

Confer quae infra in Olrici Mediolanensis Archiepiscopi judicato de Opizone narrantur. Cetera ad eum, ac sequentes duos Fredenzonum, atque Raynaldum pertinentia in secunda dissertatione enucleavimus. Addo solum, Opizoni temporibus Albericum, & Lanfrancum Henrici Regis missos Laude jus dixisse. Nam haec leguntur in Episcopii tabulario.

„ Anno ab Incarnacione Domini Nostri Jesu Chri-
„ sti millexímo septuageximo sesto quinto Kalendas Mar-
„ cii indictione quartadecima. Constad nos paganus fi-
„ lius boldoni ipso genitore meo mihi consenciente &
„ subter confirmante & Maria jugalibus filia quondam
„ Algisi qui professi sumus nos jugales ex nacione no-
„ stra legem vivere Langobardorum ipso namque jugale
„ & mondoaldo meo mihi consenciente & subter con-
„ firmante & justa eadem legem una cum noncia Al-
„ berici misus Domni tercij enrici rex qui per episto-
„ lam & sigellum sigilatum misus esistebat & in ea
„ continet „ Enricus Dei gratia rex omnibus nostris
„ fidelibus notum fieri volumus quod nos interventis
„ nostris fidelibus concedimus Alberico & Lanfranco suo
„ nepoto quatenus licead ad eis lites & contenciones
„ per duellum in Laudensi comutatu quem & ecclesie
„ pontifici parte tenet ante eorum presencia deffinire
„ & insuper eciam predictis nostris fidelibus concedi-
„ mus cum episcopo, abbate, abatise in prelibato co-
„ mutatu, quemadmodum antes nostras presentia diffi-
„ nire nostra regali octoritatem predicti nostris fideli-

„ bus concedimus ad requirendam publicam queſtionem
„ advocatum eligere atque mulieri tui mondualdi ſui
„ denegat voluntatem & ante eorum preſenciam virum
„ ſuum ſeu maritum eligere & ſi forte quislibet mu-
„ lier in prelibato comitatu rex ſuas venundare copias
„ propincos ſuos abere nequiverit licenciam iam dictis
„ noſtris fidelibus abeant interogacione facere , adque
„ omnia que continet licead ad eis in preſcripto Lau-
„ denſi comutatu noſtra regali octoritatem facere „. In
„ cujus preſencia vel teſtium certam facio profeſſionem
„ quod nullam me pati violenciam ad quempiam omi-
„ nem nec ab ipſo jugale & mondoaldo meo niſi mea
„ bona & ſpontanea voluntatem accepiſemus nos ipſis
„ jugalibus comuniter ſicuti & in preſencia teſtium ac-
„ cepimus a te adam filius ſax . . . . argentum dena-
„ rios bonos libras ſeptem , & ſolidos quatuordecim fi-
„ nito precio pro pecia una de terra aratoria juris no-
„ ſtris jugalibus quam abere viſus ſum in loco & fon-
„ do ubi dicitur a mezanello & eſt pecia ipſa de terra
„ per menſura juſta perticas tredecim , & tabulas ſe-
„ decim . Coeret ei a mane tua clericus entori a meri-
„ die fredencioni a ſera mainfredi a monte acceſſio co-
„ muno ſibique alii ſunt coerentes quam autem ſupra-
„ ſcripta pecia de terra juris noſtris ſupradicta una cum
„ acceſſione , & ingreſſo ſeu ſuperioribus & inferiori-
„ bus ſui qualiter ſupra menſura , & coerencias in in-
„ tegrum ab hac die tibi Clericus Adam pro ſupraſcri-
„ pto precio vendimus , tradimus & mancipamus nulli
„ alii venditam donatam alienatam obnoſiatam vel tra-
„ ditam niſi tibi & faciam exinde a preſenti die tu &

„ ere-

Digitized by Google

„ eredibus tuis aut cui vos dederitis iure proprietario
„ nomine quidquid volueritis sine omni nostra qui su-
„ pra jugalibus, & eredum nostrorum contradictione
„ quidem, & spondimus atque promittimus nos qui
„ supra pagano & maria iugalibus una cum nostris ere-
„ dibus tibi clericus Adam tuisque eredibus aut cui vos
„ dederitis suprascripta vendicio qualiter superius legi-
„ tur in integrum ab omni omine defensare, Quod si
„ defendere non potuerimus aut si vobis exinde aliquid
„ per covis ingenium subtraere quexierimus tunc in
„ duplum eadem vendita ut supra legitur vobis resti-
„ tuamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut value-
„ rit sub estimacione in consimile loco & nihil nobis
„ iugalibus ex ipsum precium dare debet disimus. Actum
„ civitate Laude.

„ Signum manibus suprascriptorum pagano & ma-
„ ria jugalibus qui anc cartam venditionis ut supra fie-
„ ri rogaverunt & suprascripto precio acceperunt, &
„ ipsos pagano eadem maria conius & mondoalda sua
„ consensit ut supra.

„ Signum manus suprascripto Boldo qui eidem pa-
„ gano filio suo consensit ut supra.

„ Signum manus suprascripto alberici missus dom-
„ ni tercii enrici rex qui eadem maria interrogavit ut
„ supra.

„ Signum manus petri & item petri seu Vuifredi
„ & bonomo testes.

„ Ego petrus notarius sacri palacii scriptor hujus
„ carte vendicionis postraditam complevi & dedi.

FRE-

FREDENZONIVS

ADDITIO.

Ejus exſtat mentio, inquit Defendens Laudius in tabula Epiſcoporum Laudenſium, *in proceſſu & ſententia an.* 1148. *inter Lanfrancum Epiſcopum, & Homines Communis Cavenaghi coram Conſulibus Mediolani, pro refectione & manutentione Caſtri, foſſati & pontis ejuſdem loci, juris menſae Epiſcopi, aſſerentes praefati homines* (aſſerentibus praefatis hominibus) *ex conventione tempore Fredenzoni Epiſcopi cum eo inita non teneri, niſi pro tertia parte ad manutencionem ipſam. Ex archivo Monaſterii Veteris S. Clarae Laudae.*

RAYNALDVS.

Hos duos Epiſcopos, haud legitime electos in Laudenſem ſedem Imperator intruſerat, ut luctuoſus tunc ferebat Eccleſiae ſtatus (*Hi duo omittendi ut intruſi.*)

ADDITIO.

In Manuſcriptis quibuſdam Schedis reperi, Raynaldum a. 1092. ab Henrico III. al. IV. diploma impetraſſe, quo Eccleſiae ſuae jura confirmabantur. At quum anno MXCII. Indictio XV. decurreret, putarim potius diploma illud in annum MXC. eſſe conijciendum, quo anno Henricus in Italiam adverſus Urbanum Papam tranſgreſſus ſummo praelio cum Mathildis militibus in campo Sorbariae inito ſuperior abiit. In eadem, quam nuper

Digitized by Google

nuper ex Defendente Laudio memorabam, sententia Raynaldi mentio occurrit.

XXVIII. ARDERICVS Vignatus Laudensis patriae sedem assecutus est ante annum 1103. Quo memoratur a Landulpho de S. Paulo in Historia Mediolanensis (a), illamque non modo cum laude prudentiae administravit, sed civitatem etiam ipsam contra Mediolanenses hostes defendere conatus est, tametsi frustra, cum illam implacabili ira succensi propemodum totam deleverint anno 1111. Ardericus tamen post miserabile patriae excidium, haudquaquam adversae fortunae turbine fractus, ita gessit Episcopatus honorem, ut non immemor patriae, sparsos, dissipatosque cives in unum coegerit, generoso ausu ad novam aedificandam Laudem Pompeiam conspirare auderent. Arderici saepe meminit Landulphus de S. Paulo in Chronic. habetque illum Grossolani Mediolanensis Archiepiscopi Vicarium fuisse (b), auctoremque deinde eiusdem Grossolani abdicationis electionisque Jordani de Clivio anno 1112. post haec habitum monasticum in Coenobio S. Marci Placentiae Ordinis Vallis Umbrosae sumpsisse, idem habet auctor capit. 27. *Grossolanus, a Jordano accepta ingenti pecuniae summa, Mediolanum, inquit, exivit, atque Placentiam adivit, ibique in Monasterio S. Marci, quod est de Congregatione Vallis umbrosae, hospitatus invenit Ardericum Laudensem, quem fecerat sibi Vicarium, in victu & vestitu eiusdem Congregationis Monachorum* (c). Legitur deinceps, Ardericum, Laudensi instante Clero, duorum Schismaticorum Episcoporum, quos paulo supra retulimus, rescidisse, quae sanxerant (d), anno 1117. (e) Conten-

tio-

tiosam litem cum Petro Derthonensi Episcopo habuisse Ardericum coram Olrico tunc Mediolanensi Archiepiscopo de possessione monasteriorum Praecipiani, & Savianoni, ab eodem Derthonensi Praesule iniuste detentorum, nobile docet documentum ad favorem Laudensis Ecclesiae, ab eodem Olrico Archiepiscopo cum consilio suorum Episcoporum propria manu signatum, quod extat in Archivio Cathedralis Ecclesiae tenore sequentis (f).

„ Dum Dei nomine in civitate Mediolanensi in „ Broleto iuxta domum Archiepiscopatus Ol. Archiepi- „ scopus judiciario more resideret in praesentia (1) „ D. Azonis Aquensis Episcopi, & ordinariorum S. Ma- „ riae Matricis Ecclesiae, & aliorum presbyterorum Me- „ diolanen. civitatis, & Gerardi (2) Judicis ac reli- „ quorum bonor. hominum tam capitaneorum, quam „ vavasorum, seu civium Mediolanensium, atque Lau- „ densium quorum nomina subscribuntur (3), prolata „ est querela, & discordia, quam habebat Ardericus „ Episcopus Laudensis Ecclesiae cum Episcopo Petro „ Terdonensis Ecclesiae, de possessione videlicet Mo- „ nasteriorum de Pricipiano, & Lavanione (4), quam „ dicebat Laudensis Episcopus ab Episcopo Derthonensi „ (5) iniuste detineri, dicens & asserens praedicta mo- „ nasteria, ac res ad eadem pertinentes tam mobiles, „ quam immobiles, seu familias esse de jure & pote- „ state Episcopatus S. Laudensis Ecclesiae iuxta praecepta „ Regum, atque Imperatorum, in quibus continebantur

(1) *presencia* (2) *Girardi* (3) *subtus leguntur* (4) *Savinione* (5) *Terdonensi* & sic deinceps

„ tur praedicta monasteria, cum jam dictis omnibus
„ rebus, & (6) familiis esse data, & concessa ab
„ Imperatoribus, & Regibus Laudensi Episcopo (7),
„ ita ut Laudensis Episcopus haberet potestatem regen-
„ di, & ordinandi praefata monasteria sicut sua pro-
„ pria monasteria, quae sunt sub suo regimine, ac po-
„ testate constituta. Insuper & dedit, & ostendit iam
„ dictus Laudensis Episcopus tres legales testes iam di-
„ cto Archiepiscopo suisque consiliariis, Arialdum (8)
„ scilicet, qui dicitur de Melegnano, & Ribaldum, qui
„ dicitur de Fingino, & Albertum, qui dicitur de Bu-
„ xeto testificantes se vidisse Opizonem Laudensem Epi-
„ scopum in monasterio Praecipiani, tamquam proprium
„ Episcopum, ac dominum esse susceptum a Guidone
„ Abbate, & monachis ejusdem monasterii cum plena-
„ ria, & honesta processione cum campanis utique
„ sonantibus, cum aqua benedicta, & incenso in
„ tempore Oddonis Ecclesiae Terdonensis (9) in
„ Episcopum electi, & omnia ibidem suprascriptum
„ (10) Episc. Opizonem (11) disponentem, & moran-
„ tem tamquam in sua domo, & placita ibi (12) te-
„ nentem, datis clavibus canevae aliarumque domorum
„ supradicti monasterii ministris, ac fidelibus Opizonis
„ Episcopi. His ergo omnibus a praedicto Archiepisco-
„ po visis & cognitis, & diligenter auditis dedit sen-
„ tentiam Dominus (13) Archiepiscopus, ut Episcopus
„ Laudensis omnimodam possessionem, & integram tui-
„ tio-

(6) *ac*. (7) *Episcopio* (8) *Arialdum*. (9) *Terdonensis Ecclesiae* (10) *supra situm* (11) *Obizonem* (12) *inibi* (13) *Domnus*

Digitized by Google

„ tionem deinceps habeat, ſicut Imperatores habuerunt,
„ & in iam dictis praeceptis continebatur, & ſicut
„ iam dicti teſtes teſtificati ſunt tali modo interdicens
„ (14), atque praecipiens, ut amodo ſe non intro-
„ mittat, neque per albegariam, neque per fodrum ne-
„ que per aliquam conditionem rerum ſaecularium iſto-
„ rum monaſteriorum, neque de eorum poſſeſſionibus.
„ Sed ipſe Epiſcopus (15) noſtro praecepto, noſtraque
„ ſententia in poſſeſſionem intret, & deinceps poſſeſ-
„ ſor exiſtat ſine contradictione Epiſcopi Derthonenſis
„ tali modo, quod ipſe Epiſcopus Laudenſis ſit paratus
„ reſpondere Epiſcopo Derthonenſi rationabiliter ante
„ Mediolanenſem ſedem, ac omni ſaeculari jure, ſi eum
„ appellaverit, & (16) ſimiliter Epiſcopus Derthonen-
„ ſis paratus ſit amodo dicto Epiſcopo Laudenſi de ſpi-
„ rituali jure juſte & canonice reſpondere. Factum eſt
„ hoc anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ milleſimo centeſimo vigeſimo quinto menſe Decembris
„ Indict. 4.

„ Ego Anſelmus Subdiac. interfui ſupradictis.

„ Ego Ambroſius Bergomenſis (17) Epiſcopus hanc
„ ſententiam laudavi & ſubſcripſi.

„ Ego Bozo (18) Taurinenſis Epiſcopus ſubſc.

„ Ego Ribaldus Albenſis Epiſcopus firmavi (19)
„ & ſubſcripſi.

„ Ego Otto Albiganenſis Epiſc. ſubſc.

„ Ego Anſelmus Archiepiſc. ſubſc.

„ Hujus

(14) *interdicens Epiſcopo Terdonenſi* (15) *Epiſcopus Laudenſis* (16) *& ipſe* (17) *Bergamenſis* (18) *Boſo* (19) *Confirmavi*

Digitized by Google

„ Hujus ſententiae teſtes fuerunt Ariprandus de „ Rode, Landulphus qui dicitur de Curte, Anſelmus „ Advocatus, Otho de Landriano, Landulphus de Pu„ ſterla, Otto & Lanfrancus de curte, Otto Manzo, „ Ardericus de Laturre, Arialdus de Puſterla, Aſcle„ rius de Vimercato (20), Lanfrancus, & Benno de „ Setara, Benno de Curte, Pelegrinus de Rode, Lan„ dulphus Mura, Bonifacius (21) de Carade. Rolan„ dus Viniofi, Laurentius Pedeſtortos, Ambroſius de „ S. Satiro, Oliverius (22) Cacatoſico, Ungarus de „ Curtedoxi, Paganus Bortius, Azo Martinonius, Mar„ cheſe da Riolo, Anſelmus Gambaronius, Secundus de „ Medozia (23) Oldradus, & Landulphus Patarij (24) „ Vualterius fil. Azonis, Gnocus de Salariano, Gariar„ dus de Vignato, Frogerius Cacamillium, Vualterius „ Longus, Nicolaus Caremanus ſive Aldericus (25).

„ Ego Olricus gratia Dei Archiepiſcopus hanc ſen„ tentiam conſilio Epiſcoporum, ac Cardinalium noſtrae „ Eccleſiae cum Primicerio ejuſque (26) ſacerdotibus, „ & quampluribus ſapientibus laicis promulgavi, & „ hanc notitiam fieri praecepi, & manu propria ſub„ ſcripſi.

„ Ego Anſelmus Diac. ſubſc.

„ Ego Landulfus indignus Aſtenſium Epiſcopus „ hanc ſententiam ratam, & rationabilem iudicans au„ divi (27), & firmando ſubſcripſi, & ſubſcribendo „ firmavi.

„ Ego

(20) *Vimarcato* (21) *Bonefacius* (22) *Olivierus* (23) *Moedocia* (24) *paliarii* (25) *Nicola Carentanus, ſive Ardericus* (26) *cunctiſque* (27) *laudavi*

Digitized by Google

„ Ego Anſelmus Subdiaconus interfui & ſubſcripſi.
„ Ego Ambroſius Pergamenſis Epiſcopus hanc ſen-
„ tentiam laudavi, & affirmavi.
„ Ego Bozo (28) Taurinenſis Epiſcopus ſubſc.
„ Ego Ribaldus Albenſis Epiſcopus ſubſc. (29)
„ Ego Lanfredus (30) Novarienſis Eccleſiae Epi-
„ ſcopus ſubſc.
„ Ego Guido Yporenenſis Epiſc. ſubſc. (31)
„ Ego Amizo archidiaconus interfui, & ſubſcripſi.
„ Ego Joannes Abbas S. Ambroſij ſubſc.
„ Ego Junianus Abbas S. Vincentij interfui & ſub-
ſcripſi.
„ Ego Vuazo Cancellarius interfui, & ſubſcripſi.
„ Ego Obizo diac. interfui, & ſubſc.
„ Ego Petrus Abbas S. Simpliciani ſubſc.
„ Ego Guido presb. ſubſcripſi.
„ Ego Gerardus (32) presb. & Praepoſitus lau-
„ davi, & ſubſcripſi (33).

Demum Ardericus deceſſit (g) moerentibus bonis omnibus, quibus ejus probitas vitae perſpecta erat. Fuiſſe autem Coenobium S. Stephani de Cornu, de quo paulo ante egimus, in Laudenſi ditione Nocherij temporibus conſtructum a comitiſſa Anſelda, ac dotatum, ſequens Paſchalis Papae Epiſt. demonſtrat, qua idem monaſterium ſub protectione ſuſcepit Apoſtolicae Sedis, Arderico Laudenſi Epiſcopo. Pa-

(28) *Boſo* (29) *& affirmavi. Ego Otto Albiganenſis Epiſcopus ſubſcripſi* (30) *Litifredus* (31) *Ego Obertus Cremonenſis Epiſcopus ſubſcripſi* (32) *Girardus* (33) *Ego Erlembaldus Cauſidicus autenticum huius exempli ſcripſi praeter litteras plus minuſve.*

Digitized by Google

„ *Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei*

„ Dilecto filio Guidoni Abbati Venerabilis monaſte-
„ rij Sancti Stephani quod in Laudenſi Comitatu
„ ſecus Padum ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regula-
„ riter promovendis in perpetuum. Divinis praeceptis,
„ & Apoſtolicis informamur monitis, ut pro Eccleſia-
„ rum ſtatu impigro vigilemus affectu. Poſtulavit ſi qui-
„ dem nos dilectio tua praedeceſſorum noſtrorum quae-
„ dam ſtatuta firmare, & per ea veſtri monaſterii ſta-
„ tum auctore Deo munire. Quod .... monaſterium
„ venerabilis comitiſſa Anſelda cum filiis ſuis Lanfran-
„ co, Arduino & Magnifredo conſtruxiſſe, & ſuis fa-
„ cultatibus ditaſſe cognoſcitur. Per praeſentis igitur
„ privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut
„ quaecumque praedia, quaecumque bona ab praedicta
„ comitiſſa, vel ejus filiis, ſeu ab aliis fidelibus de iure
„ proprio data ſunt, quaecumque etiam in futurum ei-
„ dem Monaſterio conceſſione Pontificis, liberalitate
„ Principum, vel oblatione fidelium dari contigerit, fir-
„ ma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata per-
„ maneant. Confirmamus itaque ſupradicto S. Stephani
„ monaſterio adiacentem villam, & caſtrum, infra quod
„ idem monaſterium conſtructum eſt, & caetera quae
„ in Epiſcopi Nokeni chirographo continentur, obeunte
„ te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſuc-
„ ceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu
„ violentia praeponatur, niſi quem fratres, vel fratrum
„ pars conſilii ſanioris, vel de ſuo, vel de alieno, ſi
„ oportuerit, collegio ſecundum Dei timorem, & Beati

Digitized by Google

„ Benedicti regulam providerint eligendum. Electus au-
„ tem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat.
„ Ad haec decernimus, ut nulli omnino hominum li-
„ ceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus
„ possessiones temerariis vexationibus fatigare. Sed om-
„ nia integra conserventur eorum, pro quorum susten-
„ tatione & gubernatione concessa sunt, usibus profu-
„ tura. Si qua ergo ecclesiastica, secularisque persona
„ hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam
„ temere venire attentaverit, secundo, tertiove commo-
„ nita, si non satisfactione congrua emendaverit, pote-
„ statis, honorisque sui dignitate careat, reamque se
„ divino judicio existere de perpetrata iniquitate cogno-
„ scat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei, &
„ Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat,
„ atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.
„ Cunctis autem eidem loco servantibus jura sit Pax
„ Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum
„ bonae actionis percipiant, & apud districtum judi-
„ cem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.
„ Amen. Signatur.

„ Ego Paschalis Catholicae Ecclesiae Episcopus.

„ Datum apud Placentiam per manum Joannis S.
„ Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, ac bibliothe-
„ carij decimo septimo Kal. Decembris Indictione 15.
„ Incarnationis Dominicae anno 1106. Pontificatus au-
„ tem Domini Paschalis secundi Papae 8.

AD-

Digitized by Google

ADDITIONES.

(*a*) Anno MCIII. Romam contendit cum Groſſulano Mediolanenſi Archiepiſcopo, atque Concilio interfuit, quod a Paſchali II. celebratum eſt in ipſius Groſſulani Simoniae accuſati cauſſa. Rem narrat Landulphus a S. Paulo, & ex eo Puricellius in *Ambroſ. Baſilicae monumentis p.* 515. Harduinus T. VI. Conc. par. II. col. 1871. & Saxius in *Mediol. Antiſt. hiſtoria p.* 469.

(*b*) Errat ergo Saxius *p.* 471. qui Ardericum Novarienſem a Groſſulano relictum Vicarium ſcribit.

(*c*) Quod de Groſſulano coniecit Puricellius *p.* 547. fuiſſe illum Vallumbruſanum Monachum, antequam in Epiſcopum Sarnenſem eligeretur, idem ego de Arderico ſuſpicarer; ut non tam Coenobium S. Marci adierit Monaſticum habitum ſumpturus, quam illuc in magnis Eccleſiae Mediolanenſis tempeſtatibus veluti in portum ſe ſe receperit, interea tamen ad Monaſtica, quae antea profeſſus fuerat, inſtituta vitam vivens. Certe Laudenſem Epiſcopatum non abdicavit, ut quae ſequuntur ejus geſta demonſtrant.

(*d*) Non duorum tantum Schiſmaticorum Epiſcoporum, Frederzoni ſcilicet, ac Raynaldi, ſed & Opizonis acta quaedam Ardericus reſcidit, ut in ſecunda diſſertatione narravimus.

(*e*) Eodem illo anno 1117. conſecrationi interfuit S. Sepulcri de Aſtira Bergomenſis Dioeceſeos.

(*f*) Iterum hanc chartam edidit Cl. Muratorius *T. V. Antiq. Italic. col.* 1027. Nos cum ipſo autographo Ughellianam editionem contulimus, unde varias lectiones adſcripſimus.

Digitized by Google

(*g*) Sub initium ut videtur a. 1128. certe illius acta ad Decembrem a. 1127. in Episcopali tabulario etiamnum exstant.

XXIX. ALLO. Allonem Ardericus excepit post annum 1126. (*a*)

ADDITIO.

(*a*) immo 1127., aut initium anni 1128.

XXX. VIDO ejusdem Sedis fuit Antistes anno 1130. Hujus Episcopi temporibus Albertus Oldradus nobilis Mediolanensis prope Laudem Pompejam nobile S. Mariae de Cerreto Ordinis Cistercienſis fundavit Coenobium, opulentoque censu auctum divo Bernardo attribuit a quo illuc Claraevallensium Monachorum Gallici nominis directa colonia est. Romae olim in Ecclesia S. Sebastiani in marmorea tabula haec legebantur.

Tempore Domini Calliſti Papae II.
Congregatio Ordinis Ciſtercien. decrevit
Non. Novembr. quotannis
anniverſarium celebrare pro anima nobilis viri
Alberti de Oldradis
qui intuitu Patris noſtri Bernardi
Monaſterium de Cereto in agro Laudenſi
propria ſubſtantia fundavit
& dotavit, & Congregationi Ciſtercienſium
D. D.

XXXI.

Digitized by Google

XXXI. IOANNES Laudenſis electus Epiſcopus 1139. Hic iterum, orta contentione de poſſeſſione Coenobiorum Praecipiani, & Summiani cum Derthonenſi, ad favorem ſuae Eccleſiae a Roboaldo Mediolanenſi Archiepiſc. favorabilem ſententiam tulit anno 1140. tali decreto a S. Galdino tunc Canonico, & Cancellario, mox Archiepiſcopo ſubſcripto.

„ Breve recordationis ſententiae datae a Domino „ Roboaldo Mediolanenſi Archiepiſcopo conſilio fratrum „ ſuorum. Tempore bonae memoriae venerabilis Archie- „ piſcopi Olrici Mediolan. D. Ardericus Laudenſis Epi- „ ſcopus cum fratribus ſuis coram praedicto Archiepi- „ ſcopo, & eius fratribus, ſuper Petrum Derthonen- „ ſem (1) Epiſcopum talem diſpoſuit querimoniam... „ Conquerendo liquidem aſſerebat, quod Derthonenſis „ Epiſcopus monaſteria de Praecipiano, & Saumione (2) „ ac res ad eadem pertinentes, tam mobiles quam im- „ mobiles, ſeu familias, quae omnia ſecundum praece- „ pta Regum, atque Imperatorum ad jus, & domi- „ nium Laudenſis Eccleſiae ſpectare, iniuſte obtinebat, „ & nulla fretus ratione violenter de poſſeſſione eiece- „ rat. Praetaxatus itaque Archiepiſcopus Laudenſi Ec- „ cleſiae ſatisfacere cupiens, utrinque diligenter auditis „ rationibus, communicato cum fratribus (3) conſilio „ hanc divulgavit ſententiam, videlicet (4) Epiſcopus „ Laudenſis omnimodam poſſeſſionem, & integram tui- „ tionem habeat, & (5) deinceps haberet, ſicuti Im-

 „ pera-

(1) *Terdonenſem*, Autogr. quo cum Ughellii editionem contuli, ſicque deinceps. (2) *Savinione* (3) *fratribus ſuis* (4) *ut* (5) *tuitionem*

Digitized by Google

„ peratores habuerunt, & in eorum praeceptis conti-
„ nebatur, ſicuti teſtes idonei, & competentes praeſti-
„ tis affirmative juramentis tali modo interdicens Epi-
„ ſcopo Terdonenſi, atque praecipiens, ut amodo ſe
„ non intromittat, neque per albergariam, neque per
„ fodrum, neque per aliquam conditionem rerum iſto-
„ rum Monaſteriorum, neque de eorum poſſeſſionibus,
„ ſed ipſe Epiſcopus Laudenſis Mediolanenſis Eccleſiae
„ praecepto atque ſententia in poſſeſſionem intraret, &
„ deinceps ſine Terdonen. Epiſcopi contradictione poſ-
„ ſeſſor exiſteret. Praeſcriptus autem Terdonen. Epiſco-
„ pus Matris ſuae videlicet Mediolanen. Eccleſiae obe-
„ dientia ſpreta, atque ejus ſententiam contemptibilem
„ reputans executioni mandare penitus recuſavit. Lau-
„ denſis itaque Eccleſia, atque ven. Epiſcopus Jo. ejuſ-
„ dem Eccleſiae ſuorum bonorum patiens mutilationem,
„ ad matrem ſuam videlicet Mediolanen. Eccleſiam ad
„ D. Robaldum Archiepiſcopum lacrymabiliter conque-
„ rendo confugit. Dominus autem Robaldus Archiepi-
„ ſcopus Lauden. Eccleſiae miſeriae compatiens, Der-
„ thonen. conveniens Epiſcopum, in d. inquam (6),
„ adverſus Lauden. Epiſcopum ſuas exprimeret rationes
„ praefixit. Ille vero ad condictum conveniens termi-
„ num, ſuas praetendens occaſiones inducias petiit. Prae-
„ taxatus autem Archiepiſcopus eius petitionibus annuens,
„ canonicas bis praeſtans inducias tertio peremptorium
„ ei fecit edictum. Ille autem, videlicet Derthonenſis,
„ tamquam de juſtitia diffidens, & tamquam nocens iu-
„ dicium ſubterfugens ſe per contumaciam abſentavit.

„ Ea-

(6) *ei diem, in qua*

Digitized by Google

„ Eapropter saepedictus Archiepiscopus vener. praede-
„ cessoris sui Olrici auctoritate suffultus, Canonum,
„ legumque ratione munitus, in absentem pro contu-
„ macia sententiam proferens, sententiam dicti domini
„ (7) Olrici rationabilem, justam, canonicam consilio
„ fratrum suorum esse diiudicavit. Insuper Terdonen.
„ Episcopo praecipiens, ut Laudensi Episcopo rerum
„ supradictarum possessionem, & integram tuitionem,
„ & omnes fructus, qui post promulgationem senten-
„ tiae domini (8) sui Olrici, sive per fodrum, sive
„ per albergariam, sive alio quocumque (9) modo ex
„ supradictis rerum possessionibus postea evenerunt, in
„ integrum per omnia Lauden. Episcopo absque mora
„ restituat. Actum est hoc in Palatio Mediolanen. anno
„ millesimo centesimo quadragesimo, mense Januarii,
„ Indictione 3.

„ Subscripta (10) Ego Robaldus Mediolan. Archie-
„ piscopus subscripsi.

„ ✠ Ego Tedaldus Archipresbyter subsc.
„ ✠ Ego Landulfus presbyt. subsc. (11)
„ ✠ Ego Anselmus diaconus interfui, & subsc.
„ ✠ Ego Guifredus presb. subsc.
„ ✠ Ego Jordanus Diaconus subsc.
„ ✠ Ego Galdinus Cancellarius a me dictato subsc.
„ ✠ Ego Obitius . . . . . (12) subsc.
„ ✠ Ego Ardericus Vicocominus (13) subsc.
„ Interfuere testes Ugo de Raude, Lanfrancus de

„ Cur-

(7) *domni* (8) *domni* (9) *quoquo* (10) omittit autogr. (11) ✠ *Ego Anizo Archidiaconus subscr.* (12) nulla in autogr. lacuna (13) *Vicedominus*

„ Curte, item Lanfrancus de Setara, Manfredo d'Ala „ (14) Gaufredo (15) de Pirovali, Jo. de la Piſina, „ Albertus Capello, Albertus de Paule, Guillelmus de „ Paule, Aicardo de porta nova (16) Redalcus de „ Leuco.

Deceſſit Joannes anno 1142. (*a*)

ADDITIO.

(*a*) 1143. Ceterum ipſum Conſecrationi Eccleſiae Abbatialis in Valletta Bergomenſis Dioeceſis cum Manfredo Brixienſi, & Gregorio Bergomenſi a 1142. ſcribit Fr. Coeleſtinus *part. II. lib. XVIII. cap. XI.* interfuiſſe. Quo anno ab Johanne conſignatam Chartam in Epiſcopali Archivo reperio dignam, quae heic deſcribatur.

„ Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chri„ ſti milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo Menſe „ Septembris indictione ſeſta. Preſentia bonorum homi„ num quorum nomina ſubter leguntur Per lignum & „ Bergamenam quod ſua tenebat manu Domnus Johan„ nes Dei gratia Laudenſis Epiſcopus inveſtivit per pi„ gnus Ubertum de Caſetti. Nominative de cunctis re„ bus, quoquo modo pertinentibus ad ipſum Epiſcopa„ tum qualibet ratione, vel jure in locis infra nomi„ natis videlicet de illis rebus, quas detinet nunc ſu„ praſcriptus Epiſcopus vel detinentur per ipſum ideſt „ in locis, & in curtibus de Codogno & de Runco, „ & Lu-

(14) *da S. . . . rſariſina* (15) *Giufredo* (16) *Galitianus de porta nova.*

Digitized by Google

„ & Luviragha atque Caſtellione, & Sancto Martino
„ in ſtrada, & Orio ſeu Galgagnano, & de medie-
„ tate Summarivae & de hoc quod haber idem Epiſco-
„ patus in Vultulina, & ultra Cumum, & in aliis
„ locis Epiſcopatus Laudenſis. Preter hoc quod habet
„ ſupraſcriptus Epiſcopatus ad Cavenaghum, & preter
„ Braidas, & Prata, & Fictum quae ipſe Domnus
„ Epiſcopus detinet ad duo milliaria circa Laudem,
„ & preter res Invaſſalatas quas idem Epiſcopus habet
„ in Epiſcopatu Laudenſi vel extra. Eo videlicet or-
„ dine poſuit pignori jam dictus Epiſcopus ſupraſcripto
„ Uberto, ut ipſe Ubertus aut ſui heredes habeant uſum
„ fructum & gaudimentum, & quicquid de iam fatis
„ rebus exierit aliquo jure vel uſu vel ratione cauſa
„ emptionis preter fodrum & res eccleſiaſticas ideſt
„ quod non debet idem Ubertus fodrare Ruſticos &
„ Eccleſias, ſet habeat ſupraſcriptarum rerum uſum fru-
„ ctum & gaudimentum & proficuum, & quicquid
„ de ſupraſcriptis rebus exierit a proxima die Kalen-
„ darum Aprilis qui eſt de indicione ſeſta uſque ad
„ octo annos facientes exinde ipſe Ubertus & ſui he-
„ redes aut cui dederint de predicto uſu fructu, &
„ de predicto gaudimento, & proficuo ſupraſcriptarum
„ rerum quicquid voluerint, ſine contradictione ipſius
„ Domni Epiſcopi ejuſque ſucceſſorum eodem Domno
„ Epiſcopo ac ejus ſucceſſoribus ſemper in auctoritate,
„ & defenſione manentibus cum uſu, & ratione de
„ predicto pignore, & gaudimento, & proficuo &
„ uſu fructu ejuſdem pignoris dato & conceſſo eidem
„ Uberto nomine vendicionis ſupraſcriptarum rerum poſi-

„ tarum

Digitized by Google

„ tarum ſupraſcriptis locis & curtibus ſupraſcriptorum
„ locorum. Et convenit inter eos quantum de ſupra-
„ ſcripto pignore per guerram comunem vel per Regem
„ jacuerit guaſtum tantum temporis teneat ſupraſcriptus
„ Ubertus per pacem vel ſui haeredes cum laborabitur.
„ Et convenit inter eos ut ſi ipſe Ubertus perdiderit
„ per guerram comunem de Mediolano & Laude quam
„ habent cum Cumo quod non habeant gaudimentum
„ & proficuum de Vultulina & de hoc quod idem Epi-
„ ſcopatus ultra Cumum habet. Debet idem Epiſcopus
„ eidem Uberto dare argenti denariorum bonorum me-
„ diolanenſium vereris monete libras ſex in curte, &
„ in loco de Cavenagho, & ibi debet ſupra ſcriptus
„ Ubertus predictas libras ſex habere. Ita quod ſupra-
„ ſcriptus Ubertus non debet ſe intromittere de Vul-
„ tulina, & de hoc quod idem Epiſcopatus habet ul-
„ tra Cumum per guerram ſupraſcriptam niſi voluerint.
„ Et promiſit idem Domnus Epiſcopus ſupraſcripto
„ Uberto quod debet diſtregare Runcum, & Codognum
„ ab Arialdo de Goldinigha & ejus ſociis. Et promiſit
„ ſimiliter ipſe Domnus Epiſcopus eidem Uberto quod
„ debet ei diſpiliare Luviragam, & Ortum ab Iathone
„ Panicia & ab Alberico Gaſtoldo. Et quod debet
„ disbregare Caſtellionem ab Senpretto, & ejus ſociis,
„ & quod debet diſpiliare Sanctum Martinum in Stra-
„ da a Redaldo de Pontanova & debet disbregare ſimi-
„ liter totum hoc quod habet in Summariva preter il-
„ lud quod tenet Filius Gariardi Bonatto. Et haec
„ omnia promiſit jam dictus Epiſcopus eidem Uberto
„ eſſe diſpiliata de hinc ad octavam Sancti Andreae
„ pro-

Digitized by Google

„ proxime venientis & ſi non potuerit ſupraſcriptus
„ Epiſcopus eidem Uberto ſupraſcriptas res diſpilliare
„ ut ſupra legitur tunc debet ſupraſcriptus Epiſcopus
„ ei reſtaurare dampnum in loco & curte de Cavena-
„ gho quod inde habuerit . Item inter eos convenit
„ quod ſupraſcriptus Epiſcopus debet adjuvare & de-
„ fendere eumdem Ubertum de ſupraſcriptis rebus &
„ excomunicare illum qui noluerit ſtare ad rationes cum
„ eodem Uberto . Et convenit ſimiliter quod ſi fictum
„ & redditus remanſerit ultra terminum quod non ſit
„ reſcoſſum infra predictum terminum quod ipſe Uber-
„ tus debet habere & exigere . Item convenit , quod
„ ipſe Ubertus debet facere placita que nunc ſunt vel
„ que fuerint orta eidem Epiſcopatui ſi voluerit & fa-
„ ciat diſpendium , & habeat lucrum , vel dampnum ,
„ & ſi placita illa ſupraſcriptus Ubertus facere nolue-
„ rit tunc ſupraſcriptus Epiſcopus ſuo diſpendio faciat
„ illa & habeat dampnum & proficuum . Et promiſit ſu-
„ praſcriptus Ubertus eidem Epiſcopo quod non debet
„ dare predictum pignus ad hominem de Mediolano vel
„ de eius comitatu . Et convenit inter eos ſimiliter quod
„ ipſe Ubertus debet Buſcos ejuſdem Epiſcopatus finito
„ termino octo annorum ita bonos dimittere quales in-
„ venerit ſcilicet de eadem folia . Et quod ipſe Uber-
„ tus debet accipere mendancias hominum ſupraſcripti
„ Epiſcopatus ſicuti uſus & racio expoſtulat & ſi ultra
„ acceperit in Laude conſulum debet ſtare . Et ſtetit ,
„ inter eos quod idem Ubertus debet dimittere ſupra-
„ ſcriptum pignus non deterioratum in ſua culpa & ul-
„ tra predictum terminum non debet tenere . Et de ſu-

pra-

Digitized by Google

„ praſcriptis rebus tribus videlicet de Buſcis de eadem
„ folia dimittendis & de mendanciis ultra modum non
„ accipiendis & de rebus Epiſcopatus in ſua culpa
„ non deterioratis reddendis, & ultra terminum non
„ tenendis dedit guadiam ſupraſcriptus Ubertus eidem
„ Domno Epiſcopo in paena dupli de dampno quod
„ Epiſcopatus inde habuerit, & poſuit inde fidejuſſo-
„ rem in eadem pena Gariardum Mancio qui obliga-
„ vit ſe & pignora ſua ſupraſcripto Epiſcopo in ſu-
„ praſcripta pena uſu & ratione. Et ibi ſtatim juravit
„ Vvibertus filius ſupraſcripti Uberti per ſe & per pa-
„ rabolam ſupraſcripti Uberti patris ſui & per eorum
„ haeredes quod dimittent ſupraſcriptum pignus finito
„ termino ſupraſcripto & quod non dederint alicui qui
„ teneat ſupraſcriptum pignus ultra prefatum terminum
„ ſi Deus eum adjuvet & illa Sancta Dei Evangelia.
„ Et propter vendicionem & conceſſionem ſupraſcripti
„ uſus fructus & gaudimenti ſive proficui quod exierit
„ de predicto pignore ſupraſcripti Epiſcopatus quod ipſe
„ Domnus..... eidem Uberto conceſſit ſive vendidit.
„ Dedit jam dictus Ubertus eidem Epiſcopo argenti de-
„ nariorum bonorum Mediolanenſium nove monete li-
„ bras trecentum. Eo ordine ut finito ſupraſcripto ter-
„ mino ſors & capud ſupraſcriptorum denariorum ſit
„ finitum & extinctum. Ita ut predictus Ubertus am-
„ plius non poſſit ſupraſcriptos denarios petere & ut
„ res ſupraſcriptae a vinculo pignoris ſint abſolutae.
„ Unde due cartule uno tenore ſcripte ſunt. Factum
„ eſt hoc in arengo publico in paſchali S. Baſſiani...
„ foras aſſiſtentibus ibi Conſulibus & Clero atque po-
„ pulo feliciter.

„ Ego

Digitized by Google

„ Ego Johannes Laudenſis Epiſcopus interfui & a „ me factam ſubſcripſi.

„ Ego Lanfrancus Majoris Eccleſiae Prepoſitus in„ terfui & ſubſcripſi.

„ Ego Johannes Majoris Eccleſiae Sacerdos ſub„ ſcripſi.

„ Ego Vvinnizo Archidiaconus ſubſcripſi.

„ Ego Lanfrancus Majoris Eccleſie Subdiaconus „ interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Johannes Vacca majoris Eccleſie Acolitus „ interfui, & ſubſcripſi.

„ Ego Johannes prepoſitus S. Laurencii interfui „ & ſubſcripſi.

„ Interfuerunt ibi Guinizo de Fanciagho & Hen„ ricus Medicus & Bonus Joannes de Onergnagha, & „ Petrus Gatto & Ugo Riccio & Petrus Lomelino & „ Tedaldus Judei & Rogerius Cauradoſſo & Joannes „ Ruſtigonis & Boſo filius Silonis & Albertus Perpe„ thagna & Scilinus & Percignocco & quam plures „ alij interfuerunt teſtes: interfuerunt & Conſules qui „ tunc temporis erant, videlicet Guido de Cuzzigho „ & Engezo de Abbonis & Oldradus Judex & Gariar„ dus Muncio & Amizo Sacco & Guido Guintero „ quibus aſſiſtentibus predictus Epiſcopus jam dictum „ pignus taliter fecit ut ſupra.

„ Ego Algiſus Judex & Notarius ſacri Palacij in„ terfui & ſubſcripſi.

„ Ego Otto Judex do Miſſus Domni terçii Lotharii „ Imperatoris interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Erlenbaldus Cauſidicus rogatus hanc cartam „ con-

„ conceſſionis, & vendicionis ſcripſi poſt traditam com-
„ plevi & dedi.

Addo in celeberrimo Padolironenſium Benedictinorum Coenobio veterum Canonum collectionem MS. exſtare num. 407. praenotatam, in qua, uti me monuit eruditiſſimus Abbas Garampius, Innocentii II. epiſtola legitur IX. Kal. Maij Laterani data *R. Mediolanenſi, Ard. Cumano, & I.* (noſtro ſcilicet Johanni) *Laudenſi Epiſcopo*.

XXXII. LANFRANCVS ex Comitibus Caſſiani Laudenſis, patriae electus Epiſcopus eſt anno 1143. Hic ex moerore deceſſit. Cum enim Mediolanenſes in Laudem Pompeiam hoſtiliter ineurriſſent, nulliſque precibus potuiſſent molliri, quo minus excideret immeritam civitatem 1158. Lanfrancus, qui ad id fuerat deſtinatus Legatus, ex infecta re tantum hauſit moeroris, ut tametſi a Friderico Imperatore viderit inchoatam Laudem novam Pompeiam, tamen cum ex praeterito excidio ſemel conceptus dolor ad vitalia deſcendiſſet, exceſſit e vivis menſe Auguſto eiuſdem anni. De nova aedificatione Laudis Pompeiae ſcripſit Otho Murena in Hiſtoria rerum Laudenſium tempore Friderici Aenobarbi Caeſaris.

Caeterum Lanfrancus an. 1145. (ſi Paulo Benio in deſcriptione Triſſinae familiae credimus) Lanfranco Triſſino nobili Laudenſi militi, ejuſque ſucceſſoribus, ob ingentia Triſſinae gentis in Laudenſem Eccleſiam merita, Vicedominatum Laudenſis Epiſcopatus honorem contulit, firmavitque publico documento; quam quidem dignitatem diu poſſedere Lanfranchi ſucceſſores,

tametſi

Digitized by Google

tamenſi Aribertus Cardinalis Apoſtolicae Sedis Legatus, publico in conventu ademerit, quod inde Alexander III. Pontifex anno 1176. ſuo diplomate firmavit in hunc modum e tabulario Laudenſi ab eodem Benio exſcripto.

„ *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*
„ *Venerabili fratri A. Laudenſi Epiſcopo ſalutem*
„ *& Apoſtolicam benedictionem.*

„ EX quodam ſcripto manifeſte cognovimus, quod „ cum A. anteceſſor tuus Vicedominatum Eccleſiae „ tuae Lanfranco de Trixino militi Laudenſi irrationa„ biliter conceſſiſſet, & conceſſionem per inſtrumen„ tum firmaſſet, Aribertus bonae mem. tit. S. Anaſta„ ſiae presbyt. Cardinalis tunc Apoſtolicae Sedis Le„ gatus praeſcriptam conceſſionem de Conſilio O. quon„ dam Mediolanen. Archiep. Gregor. Pergamen. VV. No„ varien. & V. Vercellen. Epiſcoporum in praeſentia O. „ quondam Cremonen. Epiſcopi & aliorum multorum „ irritavit, & inſtrumentum exinde factum, ne in po„ ſterum in detrimentum Eccleſiae ſuae poſſet produci „ jam dicto Praedeceſſori tuo reddi, & cancellari prae„ cepit. Nos itaque quod a jam dicto Cardinali factum „ eſt, ratum habentes, ſententiam ejus ſicut rationabi„ liter lata eſt, & in publico inſtrumento exinde facto „ continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & „ praeſentis Scripti patrocinio communimus, ſtatuentes, „ ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam no„ ſtrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus „ contraire. Si quis &c.

„ Dat. Anagn. 3. Kal. Jan.

Enun-

Digitized by Google

Enunciatum, in hoc diplomate, Episcopum A. ad quem scribit Alexander, Albericum fuisse Lanfranci successorem, tabulae Laudenses clare demonstrant: Lanfrancum vero Trissinum clarissimum militem, a Lanfranco Praesule tali dignitate exornatum, suam traduxisse nobilitatem ab Aleano & Erycina Athenarum Ducibus quorum gentiles in Italiam profectos, Laudae ac Vicentiae civitates incoluisse, benignitate, ac beneficentia Romanorum Imperatorum plurima, amplissimaque feuda accepisse, & genus suum in Italos infudisse, per longam deinde seriem ad nostra usque tempora feliciter propagasse, Benius idem, Jo. Baptista Paglorinus in histor. Vicent. & Jo. Philippus Tomasinus Episcopus Aemonienſis lib. primo Elog. in Georgio Trissino scriptis mandarunt, ex monumentis eiusdem familiae apud Comites Trissinos Vicentinos nobilis. hujus familiae, praeter S. Savinam Laudensis civitatis decus, & ornamentum, cuius vitam actaque scripsit eruditissimus Gaspar Trissinus, gentiles fuere in omni genere illustres viri, quorum meminit Franciscus Rogerius in Trutina Delpholadrici tabellionatus Traiani Boccalini: de Manfredo vero Vicentino, Alberto Tarvisino, ac Bonaventura Ariminensi Episcopis, vide quae de ipsis egimus suis in locis.

ADDITIO.

Ad illustrandam praeclarissimi ac de Laudensi urbe optime meriti Antistitis memoriam plurimum faciunt quinque quae ex Episcopali archivo depromsi monumenta. Sunt autem hujusmodi.

Digitized by Google

I.

„ In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Re-
„ cordatio Sententiae, quae data est ab Uberto Medio-
„ lanensis Ecclesiae Archidiacono jussione Domni Ro-
„ baldi Mediolanensis venerabilis Archiepiscopi super
„ controversia, quae erat inter Lanfrancum Laudensem
„ Episcopum & Brunonem Abbatem Monasterii Sancti
„ Petri de Cereto (1). Auditis siquidem utrimque ra-
„ tionibus, ac diligenti indagatione discussis, visis etiam
„ cartarum instrumentis, & auditis testibus ab utraque
„ parte productis, supradictus Archidiaconus hanc pro-
„ mulgavit sententiam. Inquit. Si Abbatis Avocatus,
„ juramento prestito affirmare voluerit, quod illa duo
„ sedimina, & duae Petiae terrae, quae in cartulis suis
„ describuntur, quae cartulae indicant, quod illa duo
„ Sedimina, & duae petiae terrae jure proprietario ven-
„ dita sint, & empta ab aliis, quam ab Ogerio de Pla-
„ zano, vel ejus heredibus, sint de Sediminibus illis,
„ & terris, quae nominatim, & expresse Episcopus sua

M

„ esse

(1) *Non omittam hoc alium hujus Coenobii multo re-
centiorem Abbatem, cujus meminit charta Xenodochii Lau-
densis, nempe a. 1383. R. in Christo Patrem, & D. D. Tho-
mam Dei Gratia Monasterii de Cerreto Abbatem Ordinis Ci-
sterciensis. Ubi & mentio Rev. in Christo P. & D. D. Fr. Vi-
viani de Sancto Severino Ordinis Crucigerorum Prioris Mona-
sterii S. Mariae de Venetiis Castellanensis Dioecesis Sedis Apo-
stolicae Nuncii & Collectoris in Civitate & Dioecesi Laudensi
unde cuncta licet, aliqua tamen accessio iis, quae de hoc
Monasterio S. Mariae de Veneriis differit amplissimus Senator
Cornelius* Eccles. Venet. *T. II. p. 173. seqq., fieri potest.*

„ esse dicebat, & ab Abbate requirebat, & sint de
„ jure, & proprietate praefati Monasterii de cetero in
„ dominio Monasterii, & potestate jure perpetuo per-
„ maneant. Si Abbatis Avocatus hoc facere noluerit,
„ jusjurandum Avocato Episcopi hoc modo deferimus.
„ In primis testes illos ex parte Episcopi si tactis sa-
„ crosanctis Evangeliis approbare voluerint, quod te-
„ stati sunt, recipiemus videlicet, quod eis praesenti-
„ bus, & videntibus Ugerius de Plazano accepit inve-
„ stituram ab Arderico Laudensi Episcopo de suo recto
„ feudo, & interogatus, quod esset suum rectum feu-
„ dum confessus est; quod Curia de Plazano erat suum
„ rectum feudum; & ibi in praesentiarum juravit fide-
„ litatem eidem Episcopo. Et inde quoniam adversa
„ pars confessa est, quod Ogerius Avocatiam illius Ec-
„ clesiae de Plazano a Laudensi Episcopo per feudum
„ tenebat, & quia suprascripti testes jam dicti Episcopi
„ sicut supra testati fuerant; set ab Abbate eis remis-
„ sum est. Decernimus quod Episcopus jamdictus caput
„ sit suprascripte Curiae de Plazano, & Curia illa ad
„ Laudensem pertineat ecclesiam. Ideoque si Episcopi
„ Avocatus jurare voluerit, quod Sedimina illa, & terre
„ illae, quae nominatim & expresse ex parte Episcopi
„ in litteris coram Archiepiscopo denotata sunt, de quibus
„ inter Episcopum & Abbatem altercatio fuerat sunt
„ de feudo illo, quod Ogerius de Plazano ab Episcopo
„ Laudensi tenebat, ammodo in potestate, & dominio
„ jamdicti Episcopi, ejusque successorum deveniat. Dat.
„ est haec Sententia in Mediolanensi Palatio anno Do-
„ minicae Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo

„tercio Indictione ſeptima, menſe Decembris.

„ Ego Robaldus Dei gratia Mediolanenſis Archie-
„piſcopus ſubſcripſi.

„ Ego Ubertus Archidiaconus hanc Sententiam
„juſſu Domni Robaldi Archiepiſcopi dedi & ſcripſi.

„ Ego Tedaldus Archipresbiter ſubſcripſi.

„ Ego Anſelmus indignus Diaconus ſubſcripſi.

„ Ego Adelardus Diaconus interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Obitius Subdiaconus & Cimiliarcha inter-
„fui & ſubſcripſi.

„ Ego Oprandus Camerarius ſubſcripſi.

„ Ego Galdinus Cancellarius ſubſcripſi.

„ Ego Otto Sacerdos interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Ambroſius Subdiaconus interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Boſo Lector interfui & ſubſcripſi.

II.

„ Anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſi-
„mo quadrageſimo ſeptimo, quinto die menſis marcij,
„indicione decima. Preſentia bonorum hominum, quo-
„rum nomina ſubter legentur. Per lignum, & car-
„tam, quam ſua tenebat manu Domnus Lanfrancus
„Dei gratia ſancte Laudenſis Eccleſie Epiſcopus, ibi
„aſtante, & laudante, atque confirmante Ottone Lau-
„denſi Judice, qui dicitur Morena, electo in hoc ne-
„gotio Avocato ab ipſo Domno Lanfranco Epiſcopo,
„fecit finem, & refutationem nomine tranſactionis in
„manu Domni Matutini Abbatis Eccleſie & Mona-
„ſterii ſancti Petri ſiti in loco Cerredo ad partem ip-
„ſius Monaſterii. Nominative de curte de Plaziano

 „ cum

„ cum honore, & districto, & de omnibus rebus, ac
„ possessionibus, que eidem Episcopo, vel ad ipsum
„ Episcopatum pertinent, vel pertinere videntur in pre-
„ dicta Curte de Plaziano, & in ejus terretorio: ex-
„ cepto de Ecclesia Sancti Sraboris (f. Naboris,) & de
„ Ecclesia Sancti Silvestri, & de possessionibus ad ipsas
„ Ecclesias pertinentibus: & fecit finem nominative de
„ Bmesedo, & de Isella, & de Olmairoli, atque de
„ stagno; & insuper de omnibus campis, pratis, silvis,
„ vineis, Buscis, pascuis, aquis, & piscationibus,
„ ripis, aquarumque ductibus que eidem Episcopo, vel
„ ad ipsum Episcopatum pertinent, vel pertinere vi-
„ dentur in Curte de Cerredo, & in ejus territorio,
„ ac districto ipsarum rerum; excepto de Lacu, de quo
„ erat discordia, unde debet esse justitia, omnia &
„ ex omnibus sicut superius legitur in integrum. Eo
„ tenore, ita ut a modo in antea ullo unquam in tem-
„ pore non liceat suprascripto Domno Lanfranco Epi-
„ scopo, nec suis successoribus, nec parti ipsius Epi-
„ scopatus agere, vel causari placitum, vel aliquam
„ intentionem commovere circa suprascriptum Monaste-
„ rium, nec contra cui Officialis ipsius Monasterii de-
„ derint de suprascriptis rebus in toto, nec in parte,
„ dicendo quod ei exinde aliquid pertineat, pertinere,
„ aut evenire debeat per ullum quodlibet jus, usum,
„ vel rationem, set omni tempore taciti, & contenti
„ exinde esse, & permanere debeant. Quod si deinde
„ egerint, & omni tempore taciti, & contenti non
„ permanserint, vel si apparuerit ullum aliud datum,
„ aut factum, cui in alia parte dedisset, aut fecisset,

„ & cla-

Digitized by Google

„ & clarverit, defendere habent ipſum datum, vel fa-
„ ctum quod clarverit alias datum vel factum, & com-
„ ponere habent pene nomine libras centum denario-
„ rum bonorum veterum, & inſuper taciti, & con-
„ tenti exinde eſſe, & permanere debeant. Quidem,
„ & ad hanc finis cartam affirmandam, accepit ipſe
„ Domnus Lanfrancus Epiſcopus finem a ſupraſcripto
„ Domno Matutino Abbate ad partem ipſius Epiſco-
„ patus: nominative de ſupraſcriptis Eccleſiis Sancti
„ Staboris, & Sancti Silveſtri, & de Eccleſia San-
„ cti Andree de Laude, ac de poſſeſſionibus ad ipſas
„ tres Eccleſias pertinentibus, & de Mezano quod eſt
„ juxta Caſtrum & Villam de Caranago. Et inſuper
„ accepit ipſe Domnus Lanfrancus Epiſcopus a ſupra-
„ ſcripto Domno Matutino Abbate Launechild Argenti
„ denariorum bonorum Mediolanenſium novos libras vi-
„ ginti, & novem, quia ſic inter eos convenit. Actum
„ in civitate Mediolani in Domo Archiepiſcopi coram
„ Domno Oberto Dei gratia Mediolanenſi Archiepi-
„ ſcopo. Et ibi reddidit predictus Domnus Lanfrancus
„ Epiſcopus privilegium, quod quondam Domnus Ro-
„ baldus Archiepiſcopus fecerat eidem Epiſcopo ad in-
„ cidendum, & ibi fuit inciſum.

„ Ego Obertus Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiae
„ Archiepiſcopus ſubſcripſi, & firmavi.

„ Ego Lanfrancus Laudenſis Epiſcopus interfui,
„ & firmavi.

„ Ego Andreas dictus Abbas Sancti Petri Lau-
„ denſis Monaſterii ſubſcripſi.

„ Ego Lanfrancus Laudenſis Eccleſie Prepoſitus

„ licet

„ licet indignus interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Joannes Presbiter majoris Eccleſie ſubſcripſi.

„ Ego Joannes Vacca Majoris Eccleſiae Accolitus „ ſubſcripſi.

„ Ego Osbertus Majoris Eccleſie Accolitus ſubſcripſi.

„ Ego Cappentinus Laudenſis Eccleſie Diaconus „ ſubſcripſi.

„ Ego Albericus Subdiaconus Majoris Eccleſie Lau„ denſis ſubſcripſi.

„ Ego Peregrinus Diaconus Majoris Eccleſie ſub„ ſcripſi.

„ Ego Azo Majoris Eccleſie ſubſcripſi.

„ Ego Johannes Sancti Laurentij ſubſcripſi.

„ Ego Galdinus Mediolanenſis Eccleſie Diaconus, „ & Cancellarius ſubſcripſi.

„ Ego Obitius Mediolanenſis Diaconus, & Ci„ miliarcha ſubſcripſi.

„ Ego Bonus Sacerdos Sancti Pauli ſubſcripſi.

„ Ego Johannes Sacerdos Sancte Agnetis ſubſcripſi.

„ Ego Ubertus Prepoſitus Sancti Michaelis ſubſcripſi.

„ Ego Albertus Presbiter Sancti Viti licet indi„ gnus ſubſcripſi.

„ Ego Johannes Sacerdos Sancti Blaſii ſubſcripſi.

„ Ego Vaſſallus Sacerdos Sancti Chriſtophori ſub„ ſcripſi.

„ Ego Azo Lector Sancte Mediolanenſis Eccleſie „ Primicerius ſubſcripſi.

„ Signum manuum Ottonis Veſconte, & Rogerij, „ & Petri, qui dicuntur de Mama, & Giraldi, & „ Maldotti, qui dicuntur Bodzij, & Arnaldi Baſtardi,

„ & Ardezonis Notarij ; & Redaldi de Leuco , & Mal-
„ coardi , at Brexiani Teſtium.

„ Ego Gregorius Judex & miſſus Domni Secundi
„ Chunradi Regis interfui , & ſubſcripſi.

„ Ego Martinus Judex ac Notarius , & Secundi
„ Domni Chunradi miſſus interfui , & rogatus itadi-
„ di , & ſcripſi.

„ Ego Otto Notarius , ac miſſus Domni Secundi
„ Chunradi Regis ſcripſi , & interfui.

I I I.

„ Die Jovis qui eſt decimus Kalendarum Novem-
„ bris in Conſulatu Mediolanenſi. Breve de ſententia ,
„ quam dedit Azo Judex , qui dicitur Ciceranus , Con-
„ ſul Mediolanenſis , & cum eo Ariprandus Confano-
„ nerius , Mainfredus de Setara , Malaſtrera , Aripran-
„ dus qui dicitur Judex , Stephanardus Judex Conſu-
„ les Sotii ejus. De diſcordia , que erat inter Dom-
„ num Lanfrancum Sancte Laudenſis Eccleſie Reveren-
„ tiſſimum Epiſcopum , & ex altera Villanos de loco
„ Cerveniano per cumune ipſius loci per eorum miſ-
„ ſos Johannem qui dicitur dottus , Johannem de la-
„ robore , Petrum magiſtrum , Petrum de Oxio , Alber-
„ tum de Oxio de eodem loco. Lis enim talis erat.
„ Dicebat ipſe Epiſcopus , quod predicti Villani iniu-
„ ſte ei detinent Boſcum unum , quod dicitur Glaria ,
„ & Addella , ſicut diſinitur , a monte Lovone uſque ,
„ in Curte de Guardaira , & a coſta uſque ad flumen
„ Addue ideo quia eſt de proprietate Epiſcopatus Ec-
„ cleſie Sancte Marie , & Sancti Baſſiani de Lande ,

„ & eſt de Curia ejuſdem Epiſcopi de loco Galgagna-
„ no, & quia flumen Addue id ei per alluvionem
„ adiecit. Predicti Villani reſpondebant hoc non eſſe
„ verum, ſet & ſi verum eſſet dominium predicti ne-
„ moris fuiſſe Epiſcopi, dicebant ſe tenuiſſe predictum
„ Boſcum per quinquaginta annos ad partem de com-
„ muni Villanorum de Cerveniano paſcurando, & bu-
„ ſcando, & de hoc ipſi de Cerveniano dederunt te-
„ ſtes, qui Conſulibus non fuerunt viſi idonei. Epi-
„ ſcopus vero tam poſſeſſionem ſuam eſſe adfirmans
„ quam dominium, protulit plures teſtes, inter quos
„ fuerunt Bonus homo de Caſolate, & Johannes Mo-
„ ronis de Galgagnano, & Grigorius de Polliano, &
„ Petrus Martius, & Arnulfus de Galganiano, &
„ Frogerius de Villa Pompenjana, qui teſtificaverunt
„ ſicut jamdicti Bonus homo, & Johannes dixerunt,
„ quod viderunt Lanzonem de Corneliano miniſtrum
„ Epiſcopi de Laude tenere, & guardare boſcum hunc
„ de Monte Lovone, & Addella Sancte Marie, unde
„ eſt hec diſcordia cum illis de Cerveniano ad partem
„ Epiſcopi, & de eo dabat cui volebat, & jamdictus
„ Johannes adiunxit quod ipſemet fuit miniſter Epiſco-
„ pi, & tollebat inde quantum volebat, & hoc di-
„ xerunt fuiſſe a triginta annis infra, & a duodecim
„ in ſurſum. Jam dicti Grigorius, & Petrus dixerunt
„ vidiſſe Artonem dalla Cruce tenere ex parte Epiſco-
„ pi Arderici hunc Buſcum, quod dicitur Glaria San-
„ cte Marie, & miſit Albertinum, & Marcadantem
„ ſervos ſuos ad cuſtodiendum ipſum Buſcum & vi-
„ derunt, quod expellebant de ipſo Buſco homines,

„ qui

„qui intus faciebant damnum, ſcilicet Bertram, &
„Johannem, & alios. Jam dicti Arnulfus, & Froge-
„rius dixerunt vidiſſe Albertum, & Maſcarum, &
„Bonvinum germanos Gaſtaldiones Epiſcopi de Laude
„tenere ad partem Epiſcopi Arderici Buſcum hunc ſi-
„cut diffinitur mons Lovone, & Adda, & Curtis
„Guardaita vendendo de ſalicibus, & de ceſis, &
„laborando terram ad eorum manum, & aliis dabant,
„& hoc viderunt a quadraginta annis infra, & a qua-
„draginta in ſurſum. His ita auditis, & viſa ipſa
„diſcordia a Conſulibus, ſcilicet Mainfredo de Seta-
„ra, & Azone Cicerano; Judicavit predictus Azo,
„ut ſi predicti teſtes ipſius Epiſcopi ita juraverint,
„ſicut teſtificati ſunt, & ipſe Epiſcopus per ſuum
„Advocatum inſuper juraverit, quod predictum Bu-
„ſcum, ſicut ſupra diffinitur, eſt de proprietate ſeu
„de libellaria ipſius Epiſcopatus ſcilicet Eccleſie San-
„cte Marie „ſeu Sancti Baſſiani, ut de cetero ipſi
„Villani de Cerveniano ſint inde taciti, & contenti,
„& quiete dimittant ipſum Buſcum ſeu Glariam ipſi
„Epiſcopo. Et alio dio coram Conſulibus in eodem
„Conſulatu predicti teſtes, & predictus Johannes Mo-
„ronis electus Advocatus ab eodem Epiſcopo ſic ju-
„raverunt ſicut ſupra legitur. Et ſic finita eſt cauſa
„Anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſimo
„quadrageſimo ſeptimo ipſo die indicione decima.

„Interfuerunt Lanfrancus, & Albertus de Tre-
„ſceno, Johannes Bellus de Vicomercato, Arnaldus,
„& Maltraverſus de Valleirano, Johannes de Petra
„Sancta, Lanfrancus Boracius, Anricus Paliarius,

„Obizo

„ Obizo Pagani, Conliardus de Nuxigla, de ſervito-
„ ribus Petrus de Liſcate, Lanfrancus Conablava, Ru-
„ ſticus Mangetus, Johannes Arpadore, Anſelmus de
„ Picino, & alij plures.

„ Ego Obertus Judex ac miſſus Domni tercij Lo-
„ tharij Imperatoris ſubſcripſi.

„ Ego Stephanardus Judex, & Miſſus Domni ter-
„ cij Lotharij Imperatoris interfui, & ſubſcripſi.

„ Ego Azo Judex, & Miſſus Domni ſecundu
„ Chunradi Regis hanc ſententiam dedi & ſubſcripſi.

„ Ego Anſelmus Judex interfui, & hanc ſenten-
„ tiam ſcripſi.

IV.

„ Die veneris qui eſt octavus dies menſis Julii in
„ conſulatu Mediolanenſi. Breve de ſententia quam
„ dedit Ariprandus, qui dicitur Confanonerius, Con-
„ ſul Mediolanenſis, & cum eo Guertius judex ſimi-
„ liter conſul, & in concordia aliorum conſulum ſo-
„ tiorum eorum. De diſcordia que erat inter Alber-
„ tum qui dicitur de Gavazo filium quondam Henrici,
„ & Ottobellum qui dicitur ſimiliter de Gavazo filium
„ quondam Alberici per ſe, & per germanos ſuos.
„ Et ex altera parte Ottonem & Petrum germanos,
„ qui dicuntur Denarii, omnes de Burgo de Laude.
„ Lis enim talis erat. Dicebant ipſi Albertus, & Ot-
„ tobellus, quod ipſi Otto, & Petrus germani tenent
„ decimam unam in loco Corneliano, quam emerunt
„ ab Pellegrino, qui fuit dictus de Pozolo, & quam
„ ipſe Pellegrinus tenebat per benefitium ex parte Ar-
„ derici de Corneliano, & ipſe Ardericus tenebat

„ ex

Digitized by Google

„ ex parte Episcopatus Laudensis, quam decimam pre-
„ dicti Albertus & Ottobellus dicebant Episcopo Lau-
„ densi esse apertam. Ideo scilicet quia vendita est
„ post constitutionem Imperatoris Lotharii factam de
„ feudis non alienandis & dicebant se esse investitos
„ de predicta decima per feudum a Domno Lanfranco
„ Laudensi Episcopo, quod ipse Episcopus coram Con-
„ sulibus professus fuit & ideo dicebant ut predicti
„ Petrus & Otto dimitterent eis predictam decimam.
„ Ipsi vero Petrus & Otto respondebant, se predi-
„ ctam decimam eis non debere dimittere, quoniam
„ Domnus Johannes Episcopus antecessor predicti Domni
„ Lanfranci Episcopi de predicta venditione feudi pa-
„ rabolam dedit. Quod ipsi Albertus & Ottobellus
„ negabant, & insuper dicebant & si parabolam inde
„ dedisset valere non deberet, quoniam cumutationem
„ de ipso beneficio ipse Episcopus non habuit. His
„ ita auditis judicavit ipse Consanonerius, si advocatus
„ ipsius Episcopi juraret, quod predictus quondam Jo-
„ hannes Episcopus eius antecessor parabolam de alie-
„ nando ipso feudo non dedit, ipsi Otto, & Petrus
„ dimittant eisdem Ottobello, & Alberto predictam
„ decimam sine pretio, & si jurare noluerint, reffe-
„ rant jusiurandum eisdem Ottoni, & Petro. Et si
„ ipsi Petrus, & Otto juraverint parabolam esse da-
„ tam de alienando ipso feudo a predicto Johanne Epi-
„ scopo teneant ipsam decimam per feudum a predicto
„ Lanfranco Episcopo. Et post aliquantulos dies co-
„ ram ipsis Consulibus, Otto qui dicitur Mantegus
„ quem ipse Domnus Lanfrancus Episcopus elegit esse

„ suum

„ ſuum advocatum ſic juravit ſicut ſupra legitur. Et „ ipſe Otto per juſſionem ipſorum Conſulum dedit „ uuadiam eiſdem Ottobello, & Alberto quod faciet „ Petrum fratrem ſuum habere ratam hanc ſententiam „ & inde poſuit eis fideiuſſorem Spinam Inbuttem „ filium quondam Petri Nigri in pena librarum viginti „ & ſic finita eſt cauſa.

„ Anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſi- „ mo quadrageſimo nono ipſo die indicione duodecima.

„ Interfuerunt Lanfrancus & Guilielmus qui di- „ cuntur de Setara, Aterradus Mainerij, Frogerius de „ Caluuciano, Grodaxius de carrubio, Anſelmus de „ Senna, Ardericus de Paradino, Petrus Dulcianus, „ Iſapinus Pocaterra de Gavazo de Servitoribus, Ari- „ bertus, Johannes Guitone, Baloſſinus, Petrus Tu- „ badore.

„ Ego Stephanardus Judex & Miſſus Domni ter- „ tii Lotharii Imperatoris ſubſcripſi.

„ Ego Azo Judex & Miſſus Domni ſecundi Chun- „ radi Regis ſubſcripſi.

„ Ego Guertius Judex & Miſſus Domni ſecundi „ Chunradi Regis interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Anſelmus Judex interfui & hanc ſenten- „ tiam ſcripſi.

V.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chri- „ ſti milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo men- „ ſe Junii, indicione quintadecima. Preſentia bonorum „ hominum, quorum nomina hic ſubter leguntur. Per „ lignum, & borgamenam, quod Domnus Anſelmus

„ Abbas

Digitized by Google

„ Abbas Monaſterij Sancti Petri Celaurei, quod eſt
„ conſtructum prope Civitatem Papie in ſua tenebat
„ manu, preſentibus, & ei conſencientibus Domno
„ Petro Priore jamdicti Monaſterij, & Domno Nico-
„ lao, & Domno Lanfranco, & Domno Armanno,
„ & Domno Henrico Monacis ſupraſcripti Monaſterij
„ Sancti Petri, & Cono Advocato jamdicti Abbatis,
„ fecit finem & refutationem Domno Lanfranco Lau-
„ denſi Epiſcopo per Domnum item Lanfrancum Pre-
„ poſitum Sancte Marie Laudenſis majoris Eccleſie, &
„ miſſum ſupraſcripti Epiſcopi; nominative de tota il-
„ la parte illius Caneti, qui jacet, & eſſe videtur in
„ Curte Flunpi in Laudeſana in contrada ubi dicitur
„ Aglarola de illa videlice parte ipſius Caneti, que eſt
„ verſus flumen Padi, ſicuti eſt deſignata, & ſtazia-
„ ta, & terminata, atque ſeparata per foſſas, & pa-
„ los, vel per alios terminos ab Obizone Pagani de
„ Mediolano, & a Pandulfo Dala Turre de Laude
„ ab illa ſcilicet parte jamdicti Caneti, que eſt ver-
„ ſus ſupraſcriptum locum Flunpi, que pars debet eſ-
„ ſe, & remanere ſupraſcripto Monaſterio, ſicuti jam-
„ dicti termini jam poſiti ſunt, vel adhuc ponentur,
„ aut plantabuntur a ſupraſcriptis Obizone, & a Pan-
„ dulfo, vel ab eorum, aut a jam dicti Epiſcopi, &
„ Abbatis miſſis per illum videlicet tamen locum, &
„ ordinem, per quem nunc jam miſſi ſunt; ita vide-
„ licet ut ſive ſupraſcriptus lacus, aut Canetus cre-
„ verit, vel decreverit, aut omnino exaruerit, quod
„ non liceat ſupraſcripto Epiſcopo, nec ejus ſucceſſo-
„ ribus tranſire ſupraſcriptos terminos verſus Flunpum.

„ Si-

Digitized by Google

„ Similite nec debet licere ſupraſcripto Abbati, nec
„ ejus ſucceſſoribus tranſire prefatos terminos verſus
„ Padum ſive ..... lacus, aut Canetus creverit, vel
„ decreverit, aut omnino exaruerit, ſed predictus Epi-
„ ſcopus, & jamdictus Abbas utique debent ſtare, &
„ eſſe contenti in ſupraſcriptis terminis ſicut ſuperius
„ legitur, & debet ſupraſcripta pars jamdicti .....
„ ..... conſenſum ſupraſcripti Abbatis per
„ viam, que vvadit a ponte Brembioli in Glarolam
„ uſque dum venerit ad pratum ſupraſcripti Monaſte-
„ rij. Cum vero fuerit ibi, tunc debet habere viam
„ per ipſum pratum ..... dicti
„ Epiſcopi, per eam videlicet partem predicti prati,
„ per quam ip..... fuerit oſtenſa, & conſi-
„ gnata ſupraſcripto Epiſcopo, vel ejus miſſo a predi-
„ ctis Obizone, & Pandulfo, vel ab uno eorum per
„ parabolam alterius. Ita videlicet ut nec licear.....
„ ejus ſucceſſoribus a modo unquam aliquo tempore
„ agere, vel cauſari de ſupraſcriptis rebus in parte,
„ vel in toto ſicut ſuperius legitur contra ſupraſcri-
„ ptum Epiſcopum, nec contra ejus ſucceſſores, nec
„ contra quem ipſi dederint, vel habere conceſſerint,
„ dicendo quod aliquo modo vel jure, ſeu racione ali-
„ qua ſibi, vel ſupraſcripto Monaſterio pertineat, vel
„ pertinere debeat, ſed omni tempore exinde tacti,
„ & contenti eſſe, & permanere debent. Inſuper etiam
„ promiſit ſupraſcriptus Abbas jam dicto Prepoſito vi-
„ ce, & nomine prefati Epiſcopi, ut ſi unquam ali-
„ quo in tempore ipſe, vel ejus ſucceſſores per ſe,
„ vel per eorum ſuppoſitam perſonam agere vel cau-

„ ſari,

Digitized by Google

„ſari, aut per placitum fatigare de ſupraſcriptis re-
„bus ſicut ſupra legitur in parte, vel in toto pre-
„ſumpſerint contra jamdictum Epiſcopum, vel contra
„ejus ſucceſſores, aut contra quem ipſi dederint, vel
„habere ſtatuerint, & omni tempore exinde taciti,
„& contenti in ſupraſcripta fine non permanſerint,
„aut ſi apparuerit ullum datum, aut factum, vel quod-
„libet ſcriptum, quod ipſi in aliam partem feciſſent,
„& claruerit, quod componere eis debent in duplum
„hoc totum quod defendere non potuerint, aut unde
„agere, vel cauſari preſumpſerint, & etiam pene no-
„mine libras centum denariorum bonorum Mediola-
„nenſium veterum, & inſuper taciti, & contenti in
„ſupraſcripta fine omni tempore eſſe, & permanere
„debent. Et nec liceat ſupraſcripto Abbati ullo tem-
„pore nolle quod voluit, ſeu quod ab eo ſemel fa-
„ctum, vel quod ſcriptum eſt ſub jure jurando in-
„violabiliter conſervare promiſit, & pro hac fine, &
„refutacione accepit ſupraſcriptus Abbas a jamdicto
„Prepoſito in vice, & nomine prefati Epiſcopi Lan-
„nichildi crolinam unam, ut hec cartula finis, & re-
„futationis firma permaneat, atque perſiſtat inconvul-
„ſa cum ſtipulacione ſubnixa, quia aliter inter eos
„ſtetit, atque convenit factum eſt hoc. Actum Papie
„in claustro ſupraſcripti Monaſterij Sancti Petri feli-
„citer.

„Ego Anſelmus Dei Gratia Abbas ſubſcripſi.

„Ego jamdictus Petrus Prior interfui, & ſub-
„ſcripſi.

„Ego Armannus Monacus & Preſbiter interfui
„& ſubſcripſi.

„Ego

„ Ego Enricus Monacus & Presbiter interfui & „ ſubſcripſi.

„ Ego Nicholaus Monacus, & Diachonus inter„ fui & ſubſcripſi.

„ Ego Lanfrancus Monachus ſubſcripſi & inter„ fui.

„ Signum manus ſupraſcripti Cononis Advocati, „ qui interfuit, & jamdicto Abbati ad ſupraſcriptam „ finem faciendam conſenſit ut ſupra.

„ Signa manuum Guidonis Blanci, & Prevedi de „ Brolio, & Armanni de Sancto Petro, & Mare„ ſcotti da Vertemale, & Bertrami Vacce, atque Pe„ tri Vvalfredi, ſeu Johannis teſtium.

„ Ego Otto Judex, ac Miſſus Domni tercij Lo„ tharij Imperatoris, & ſecundi Conradi Regis hanc „ Cartulam finis, & refutacionis ſcripſi poſt traditam „ complevi, & dedi.

Ceterum Lanfrancus Auguſto menſe a. MCLVIII. deceſſit.

XXXIII. ALBERICVS ex Merlini dominis, Cathedralis Laudenſis antea Canonicus, in gratiam Friderici Imp. ad Laudenſem ſedem ſubvectus eſt an. 1158. quo Roncaliae conventui interfuit ex Radevico in Append. Hic novae Laudis Pompeiae novis muris, & fundandis primum lapidem poſuit. Poſtea vero die mercurij (inquit Murena anno 1160.) quae fuit tertia dies menſis Auguſti & in qua fuit feſtum Sancti Gaudentij, & Inventio S. Stephani Protomartyris, fuit incoeptus murus Civitatis Laudae a Tinta Muſſa de Gava de Cremona in angulo Civitatis ſupra paludem

de

Digitized by Google

de Sylva Graeca prope portam Cremonenſem, & D. Alberi(cus) Laudenſis Epiſcopus, qui fuit de progenie Procerum de Merlino, primum lapidem in foſſatum ipſius muri ſua manu proiecit. Solemnique pompa praeſente Imperatore, totiuſque nobilitatis flore, corpus Sancti Baſſiani tranſtulit in novam Cathedralem, deinde (ait idem) proxima die Sabbathi, quae fuit ſecunda dies menſis Novemb. venit Laudam dominus Papa Victor cum ſuis Cardinalibus, & proximo die Lunae fuit ductum a Laude veteri in novam civitatem Laudae, corpus Beati Baſſiani Confeſſoris, cum maximo honore, maximaque laetitia. Ipſemet enim Apoſtolicus, & Imperator inclytus, & Patriarcha Aquilejenſis, & Abbas Cluniacenſis cum aliis quibuſdam Epiſcopis, & Archiepiſcopis extra majorem Eccleſiam Laudae corpus ipſum pretioſum ſuis humeris portaverunt, & ab aliis deinde, tam clericis, quam laicis ad novam Laudae translatum eſt. Obtulit autem ipſe clementiſs. Imperator ad fabricationem eccleſiae triginta libras denariorum Imperialium; ſereniſſima vero coniux ipſius obtulit ipſi B. Baſſiano libras 5. (a) Idem Imperator ſequens conceſſit Alberico pro Laudenſi Eccleſia privilegium ab eodem Tabulario deſumptum.

„ *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis*
„ *Fridericus* (1) *divina favente clementia* (2)
„ *Imperator Auguſtus.*

„ INter caetera (3) Imperialium virtutum praeclara
„ (4) inſignia, velut ſidus aureum & gemma
„ clariſſima fulget in Principe, ſi fidelium ſuorum me-
„ rita ſemper ante ſuae maieſtatis oculos habet, &
„ eos, quorum fides ſincera & devotio (5) pura, &
„ quorum honeſta ſervitia circa ſuae ſerenitatis diade-
„ ma reſplendent, honorat, & promovet. Proinde
„ notum facimus univerſis noſtri Imperij fidelibus prae-
„ ſentibus & futuris, quod nos dilectum, & fidelem
„ Principem noſtrum Albericum Laudenſem Epiſcopum
„ pro ſua ſincera fide, & praeclaro ſervitio, quod no-
„ bis, & Imperio fideliter ſemper exhibuit, & totam
„ Eccleſiam Laudenſem, & omnia bona, & poſſeſſio-
„ nes quas modo habet, vel in poſterum legitime ad-
„ piſci poterit ſub noſtram Imperialem protectionem,
„ atque tutelam ſuſcepimus (6), ad argumentum quo-
„ que gratiae noſtrae ei, ſuiſque ſucceſſoribus (7) ex
„ noſtra liberalitate per feudum damus, & noſtra Im-
„ periali auctoritate confirmamus omnia regalia noſtra,
„ quae habemus in his locis ſubſcriptis, & omnia,
„ quae modo iure in eiſdem locis poſſidet, vel in fu-
„ turo legitime (8) poterit adipiſci. Iſta enim ſunt
„ rega-

(1) *Fredericus* (2) *clementia Romanorum* (3) *cetera* (4) *preclara*, & ſic deinceps nulla umquam dyphthongo adſcripta. (5) *devocio* (6) *ſuſcepimus*. *Ad* (7) *ſubceſſoribus* (8) *legiptima*

Digitized by Google

„ regalia, quae in eisdem locis damus, districtum, fo-
„ drum, placitum, bannum, pedaginm, teloneum, ju-
„ risdictionem (9), mercata Albergariae, molendina
„ aquae, aquarum (10) ductus, lacus, piscationes
„ (11), venationes, aquaticum, ripaticum, cum ri-
„ pis, rupinis, pascuis, pratis, silvis, glareis, bona
„ vacantia cum viis, invvijs (12), divisis, & indi-
„ visis excepto nostro Imperiali fodro, & salva alia
„ nostra Imperiali justitia, quorum locorum nomina
„ sunt haec (13), curtis Galgagnani cum castro, &
„ villa in eadem curte sitis, scilicet villa Galgagnani,
„ & villa Archagne (14), & illa parte villae Gamo-
„ rae, quae in eadem curte sita est; curtis S. Marti-
„ ni in strata cum castro, & villa, & omnibus per-
„ tin. suis; curtis Cavenaci cum castro, & villa, &
„ lacu in ipsa curte existente; curtis Somaripe cum
„ omnibus pertin. suis (15), & illa par curtis Sena-
„ gogi, quam emit idem Episc. ab Ascherio de Cuzi-
„ go (16), curtis Coronei cum castro, & villa, &
„ omnibus pertinen. suis, curtis de Roncho cum ca-
„ stro & tota curte, & aqua lambri, sicut tenet ipsa
„ curtis ex una ripa, & ex alia lacus de Barisijs, qui
„ iacet inter curtem S. Florioani & Flompi (17), &
„ S. Stephani. Curtis de Orio cum castro & villa, &
„ omnibus pertin. suis, curtis Liurage (18) cum ca-
„ stro & villa, & omnibus pertinent. suis. Statuen-

„ tes

(9) *Armane* (10) *aquarumque* (11) *piscarias* (12) *& invviis* (13) *haec sunt* (14) *Arcagne* (15) *suis; curtis Castioni cum castro & villa & omnibus pertinentiis suis* (16) *Cuzego* (17) *Flumpi* (18) *Luviraga*

Digitized by Google

„tes igitur iubemus ut in hac noſtra per beneficium „datione (19) nullus Archiepiſc. non (20) Epiſc. „non (21) Dux, non (22) Marchio, non (23) Co„mes, non (24) Vicecomes, nulla civitas, non (25) „poteſtas, non (26) rectores, ſive Conſules, non „(27) Capitaneus, non (28) Caſtaldio, vel Schu„dalchus, nulla perſona ſecularis, vel Eccleſiaſtica ma„gna, ſive parva praedictum Albericum Lauden. Epiſc. „vel eius ſucceſſores moleſtare vel aliquo modo in„quietare praeſumat. Si quis vero huius noſtrae au„ctoritatis paginam violare praeſumpſerit, vel contra„venire (29) 100. libras auri optimi pro paena ſe „compoſiturum cognoverit dimidium camerae noſtrae „& dimidium praedicto Epiſc. ſuiſque ſucceſſoribus. „Huius autem rei teſtes fuerunt Barſidonius Mantua„nus Epiſc. Marchio Montisferrati. Magiſter Stepha„nus capellanus & (30) magiſter Paganus Capella„nus. Ut autem haec verius credantur, & ab omni„bus inviolabiliter conſerventur, praeſentem inde pa„ginam ſcribi, & noſtro ſigillo iniunximus praemu„niri.

Signum

(19) *dacione* (20) *nec* (21) *nec* (22) *vel* (23) *nec* (24) *nec* (25) *nec* (26) *nec* (27) *nec* (28) *nec* (29) *contraire* (30) omittit

Digitized by Google

Signum D. Fe  derici Romanorum Imperatoris invictissimi.

„ Ego Egistianus Cancell. (31) vice d. Rainaldi „ Colonien. Archiep. & Italiae Archicancel. recog.

„ Actum quoq. est ann. Dominicae Incarnationis „ 1164. indict. 13. (32) regnante d. (33) Federico „ Romanorum Imp. serenissimo an. regni eius 12. Im- „ perij vero 10. Data Papiae in Palatio S. Salvatoris „ VIII. Kal. Octobris (34).

Caeterum cum inter Victorem pseudo Pontificem, Alexandrumq. III. terrerrimum ebulisset schisma, Albericus aequiore causa deserta, impii Aeneobarbi accessit ad partes: quamobrem honore Episcopatus exutum Galdinus Archiepisc. Mediolanen. Legatusq. Alexandri III. illum eiecit e Sede anno 1168. (*b*) Qui haud multo post miles verius, quam Ecclesiasticus, contumax excessit e vita. (*c*)

ADDITIONES.

(*a*) Eodem anno MCLX. invenio pacta quaedam inter Laudensem Episcopum Albericum scilicet, & Mo-

(31) *Cristianus Cancelarius* (32) *quartadecima* (*sic*) (33) *Domino* (34) *Octubris*.

Digitized by Google

Monachos de Praecipiano; ea fuere ejuſmodi.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti „ milleſimo centeſimo ſexageſimo menſe Madij Indicio„ ne octava Preſentia bonorum hominum quorum no„ mina hic ſubter leguntur. Manifeſtaverunt Domnus „ Deus Dedit Monachus Sancti ..... de Precipiano, „ quod monaſterium eſt ſcitum in Epiſcopatu Terdo„ nenſi & tunc temporis Prior Monaſterij de Gam„ barana, quod eſt poſitum ſub regimine & poteſtate „ ſupraſcripti Monaſterij de Precipiano, & Calvus ſo„ cius ipſius ſupraſcripti Prioris, & monachus ſupra„ ſcripti ejuſdem monaſterij utique jam dicti monaci „ miſſi ac Legati Abbatis predicti Monaſterij de Pre„ cipiano, quod jam dictus Abbas de Precipiano ſte„ terat per quinque annos quod nec ipſe, nec ejus „ miſſus ſolverat Laudenſi Epiſcopo, nec ejus miſſo „ illud fictum ſeu cenſum quod erat per ſingulum an„ num ſollidi ſex denariorum bonorum mediolanenſium „ veterum ſecundum ordinationem & diſpoſitionem „ Domni Gregorij ſeu Innocentiis Pape. Et ibi ſtatim „ dederint ac ſolverint ſupraſcripti Domnus Deus Dedit „ & Domnus jam dictus Calvus miſſi ſupraſcripti Ab„ batis, & ejus nomine pro predictis quinque annis „ pro quibus ſupraſcriptus Abbas iam dictum fictum „ ſcilicet ſex ſollidorum nondum ſolverat Domno Al„ berico Dei gratia tunc Laudenſi Epiſcopo nomine „ ſupraſcripti ficti argenti denariorum bonorum Medio„ lanenſium veterum ſollidos triginta. Eo videlicet te„ nore, ut ſi apparuerit ſupraſcriptum Abbatem ſte„ riſſe per plures annos adhuc quam per ſupraſcriptos

„ quin-

Digitized by Google

„ quinque annos quod non ſolviſſet ſupraſcriptum fictum
„ Epiſcopo Laudenſi vel ejus miſſo, quod ipſe Abbas
„ adhuc ſolvet ſupraſcripto Epiſcopo totum illud fictum
„ quod eum plus debere conſtiterit. Et ſalva omni ra-
„ cione & toto illo jure predicto Epiſcopo quod ipſe
„ Epiſcopus vel Laudenſis Eccleſia ſeu Epiſcopatus
„ tunc habebant vel habere poterant, aut eis compe-
„ tebat ſuper ſupraſcriptum Abbatem vel ſuper jam
„ dictum Monaſterium de Precipiano, aut ſuper Ter-
„ donenſem Epiſcopum ſeu Epiſcopatum. Ex hoc ſci-
„ licet quod ſupraſcriptus Laudenſis Epiſcopus tunc
„ poterat dicere ſe habere jus, & poſſe redire ad ſu-
„ praſcriptum monaſterium & habere & tenere ipſum
„ monaſterium & res ipſius pleno jure in ſuo ſcilicet
„ Laudenſis Epiſcopatus Dominio, ſicut alia ſua pro-
„ pria Monaſteria. Eo videlicet jure quod ſupraſcriptus
„ Abbas ſteterat per quinquennium quod nec ipſe nec
„ alius pro eo jam dictum fictum ſolverat ſupraſcripto
„ Epiſcopo vel miſſo. Et ſi aliquod inſuper etiam jus
„ tunc habebat aliud jam dictus Epiſcopus ſuper ſu-
„ praſcriptum monaſterium de Precipiano vel ſuper res
„ ipſius monaſterij totum habeat ſalvum. Non obſtante
„ ei aliquid quod ipſe Epiſcopus jam accepiſſet ſupra-
„ ſcriptos triginta ſollidos denariorum veterum pro jam
„ dicto ficto pluſquam ſi ipſe nihil inde accepiſſet.
„ Ibique inſuper etiam jam dictus Domnus Laudenſis
„ Epiſcopus eo per omnia modo, & tenore, ac con-
„ dicione ſicut ſupra legitur ſupraſcriptum fictum tri-
„ ginta ſollidorum denariorum veterum pro ſupraſcriptis
„ quinque tantumodo annis accepit. Et nullo alio modo

 „ niſi

„ niſi ſalvo ei toto ſupraſcripto Jure, ac razione per „ omnia ſicut ſupra legitur ac ſi ipſe jamdictus Dom„ nus Epiſcopus nihil de ſupraſcripto facto adhuc ac„ cepiſſet. Quia ſic inter eos ſtetit atque convenit. „ factum eſt hoc. Actum in domum jam dicti Epi„ ſcopi in civitate nova de Laude feliciter.

„ Signa manuum ſupraſcriptorum Deus Dedit Prio„ ris, & Calvi Monachorum qui hoc breve fieri ro„ gaverunt, & ſupraſcriptam ſolucionem & manifeſta„ cionem ſicut ſupra legitur fecerunt & pro ſe ſub„ ſcribere preceperunt.

„ Signa manuum Bernardi Bellotti & Acerbi Mo„ rene & Maſſigotti de Abbonis, & Alberti Poca„ terre, & Ugenzonis Brine omnium tunc temporis „ Poteſtatum de Laude & Lanfranci de Treſino atque „ Raſij Morene ſeu Truſſi Diboldonis Teſtium;

„ Ego Otto Judex, ac miſſus Domni tercij Lo„ tharij Imperatoris & Secundi Conradi Regis inter„ fui, & hoc bene rogatus ſcripſi.

(*b*) Vide Morenam, Sigonium, & Saxium *in Mediolan. Antiſtitum hiſtoria* p. 560.

(*c*) in oppido Carrariae.

XXXIV. S. ALBERTVM deinde de Quadrellis e Caſtello Ripaltae Glariae Abduae, illius Oppidi Prepoſitum, famaque ſanctimoniae inclytum, Clerus, Galdino Archiepiſc. Mediolanenſi Adhortante, omnibus ſuffragiis provexit ad Sedem, unde Albericus exciderat 1168. die 29. menſ. Martii (*a*), qui fuit dies Dominicae Coenae ſacer, quinta autem feria poſt Paſcha ſolemni

lemni ritu, populoque laetante, obtenti Episcopatus inijt possessionem, ut refert Acerbus Murena in rerum Laudensium Historia = Interea (inquit ille) dominus „ Galdinus de la Sala Mediol. civis & clericus, & „ qui quondam Cancellarius dom. Ribaldi & d. Uberti „ de Pirovano Mediolanen. Archiepiscopor. per annos „ multos fuerat, & in locum iam dicti Uberti ad Ar- „ chiepiscopatum Mediolani fuerat sublimatus a domino „ Alexandro Papa, in Lombardia ipsius Papae tunc „ Legatus constitutus, suos Nuncios, scilicet Abba- „ tem S. Ambrosij, & Abbatem S. Vincentij de Me- „ diolano, misit domino Alberto de Cazano maioris „ Ecclesiae Laudensis tunc Praeposito, caeterisque Prae- „ positis, Abbatibus, presbyteris, & clericis, & etiam „ Consulibus de Laude; dicendo, atque monendo, „ quod ipsi partem Papae Paschalis, & domini Fri- „ derici Imperatoris omnino relinquerent, & parti Papae „ Alexandri faverent, & ipsi Papae de iniuria sibi „ facta satisfacerent, atque Episcopum Catholicum eli- „ gerent, & nisi hoc facerent ab officio, & benefi- „ cio Ecclesiastico abstinerent. Dictus vero Praeposi- „ tus, caeterique clerici hoc audientes, moesti valde „ fuerunt; tum quia magna pars eorum mandato Im- „ peratoris iuraverant, se Papam Paschalem pro Papa „ in perpetuum tenere, tum etiam quia omnes fere fide- „ litatem iuraverant domino Alberto Merlino, tunc „ temporis ut eis videbatur, Laudensi Episcopo Ca- „ tholico, nec adhuc canonice jure deposito, & ideo „ hoc facere timebant valde, & sibi in maximum de- „ decus reputabant. Inter se etiam conferentes, quod

„ si etiam

Digitized by Google

„ si etiam dicti Papa Paschalis, & Imperator Victores
„ adhuc existerent, ipsi in perpetuum se damnarent,
„ & quilibet eorum dignitate & gratia privarentur.
„ Formidabant nimis mandatis suprascripti Galdini obe-
„ dire, hoc etiam recusare, quod eis mandaverat dictus
„ dominus Galdinus. Stupebant plures; tum propter
„ Papam Alexandrum & secundum dominum Galdi-
„ num Archiep. qui quasi tum illis partibus victores
„ existerent, tum propter civitates Lombardiae fere om-
„ nes insimul coniurantes, quia sciebant, quod si de
„ Laude expellerentur, in Lombardia habitaculum, aut
„ locum, in quo se possent reducere non haberent.
„ Tandem dubij angustijs hinc inde satis diu revolu-
„ tis; cum nullam misericordiam a dicto Archiep. in-
„ venire possent, nisi quod eis mandaverat, adimple-
„ rent; eligentes potius vivere, quam mori magisque
„ etiam stare in sua patria, quam in aliena vagari,
„ in Papam Alexandrum credere, eiusque parti favere,
„ & Episcopum novum secundum voluntatem Archie-
„ piscopi eligere dispossuerunt. Igitur die Jovis Sancti,
„ quae fuit tunc quarto Kalendas Aprilis indictione
„ prima, in anno 1168. suprascriptus dominus Alber-
„ tus Lauden. Ecclesiae maioris Praepositus communi-
„ cato insimul consilio, tam Laudensis civitatis Abba-
„ tum, Praepositorum, Presbyterorum, aliorumque Cle-
„ ricorum, quam etiam illorum, qui extra civitatem
„ in Episcopatu Laudensi fuerant, ad honorem Dei,
„ & Beatissimae Virginis Mariae, atque Beati Pretiosi
„ Confessoris Bassiani, dominum Albertum, & tunc
„ temporis Ecclesiae de Ripalta Praepositum, virum

„ hone-

Digitized by Google

„ honeſtum & religioſum elegit in Laudenſem Epiſco-
„ pum, & Paſtorem. Proximo vero die mercurij, poſt
„ Paſcha Laudenſes, Abbates, Praepoſiti, presbyteri,
„ aliique Clerici multi, Conſules etiam Laudenſes,
„ multique Judices, & Sapientes de Laude, Pergamum
„ ubi tunc Dominus electus aderat, iverunt, & ipſum
„ inſequenti die Jovis proximo, Laudem cum ineffa-
„ bili gaudio conduxerunt. Qui ibi honorifice nimis
„ ab omnibus tam Clericis, quam laicis eſt ſuſceptus ⁊c.

Hactenus Murena.

Temporibus vero Alberti, Alexander tertius anno 1177. translationem novae civitatis Laudenſis e veteri loco ratam habuit, auctoritateve Apoſtolica confirmavit, Conſulibus, populiſque Laudenſibus in hunc tenorem litteras dedit, cuius exemplar e Cathedrali Archivio ab originali excepit, nobiſque Romam tranſmiſit una cum alijs monumentis eruditus Defendens a Lauda ejuſdem Eccleſiae Canonicus.

„ *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*
„ *Dilectis filiis Conſulibus & Populo Laudeu.*
„ *ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

„ CUm civitas veſtra de loco, ubi conſtructa fue-
„ rat ab antiquo ad locum alium ſit translata,
„ ne occaſione huius civitatis quidquam de iis, quae
„ prius habebatis, vobis poſſit ſubtrahi vel auferri,
„ poſtulaſtis ſtatum civitatis veſtrae Apoſtolicae Sedis
„ auctoritate muniri, ſive roborari. Nos itaque poſtu-
„ lationibus veſtris benignius annuentes, & attenden-

„ tes

„ tes devotionem, quam circa nos, & Romanam Ec-
„ cleſiam exhibetis, ſtatum novae civitatis veſtrae cum
„ omnibus bonis, & poſſeſſionibus veſtris, & cum
„ omni territorio, quod intus, vel foris civitatem ve-
„ terem contingebat exactum habemus, & firmum ip-
„ ſumque auctoritate apoſtolica confirmamus praeſenti
„ pagina ſtatuentes ut poſſitis liberos homines, qui fue-
„ rint de Crema, vel de locis aliis ſed ad vos tran-
„ sferentes, ſine contradictione capere, & receptos
„ tenere, ſicut nuper inter vos, & rectores Lombar-
„ diae rationabiliter noſcitur eſſe ſtatutum.

„ Datum Venetiis in Rivo alto 17. Kalen. Julij
„ M. C. LXXVII.

Ejuſdem Alexandri privilegium Monaſterio SS. Fabiani & Donati conceſſum ad poſtulationem Galdini Archiepiſcopi Mediolanenſis, ac Alberti Laudenſis in eodem Archivio repertum hic non pigebit referre, cum ejuſdem Monaſterij fundatores, bonaque recenſeantur, ut eorum memoria perennet in poſteris, ſic enim ſe habet.

„ *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

„ Dilectae in Chriſto filiae Taidi Abbatiſſae Mona-
„ ſterij Sancti Fabiani de Farinate, ac Sancti Da-
„ miani de Donaria eiuſque ſororibus tam praeſenti-
„ bus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in per-
„ petuum. Ad hoc univerſalium Eccleſiarum cura no-
„ bis a proviſore omnium bonorum Deo conceſſa eſt,
„ quatenus religioſas perſonas diligamus, & benepla-
„ centes Deo famulatui ſtudeamus modis omnibus pro-

„ pa-

Digitized by Google

„ pagare : nec enim Deo gratus famulatus aliquando
„ impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a pu-
„ ritate religionis fuerit conservatus. Idcirco dilecta in
„ Christo filia Tais Abbatissa petitioni tuae per vene-
„ rabiles fratres nostros G. Archiepiscopum Mediolanen-
„ sem Apostolicae Sedis Legatum, & Albertum Lau-
„ densem Episcopum clementer annuimus, & beator.
„ Fabiani, & Damiani Ecclesias, quibus Deo auctore
„ praesides, ad exemplar praedecessorum nostrorum san-
„ ctae memoriae Paschalis, Callisti, & Innocentii Ro-
„ manorum Pontificum sub Apostolicae Sedis tutela ex-
„ cipimus, & eas ab omnium mortalium deinceps gra-
„ vamine liberas permanere decernimus, quarum unam
„ Ecclesiam videlicet beati Fabiani de Farinate Bergo-
„ menses Comites Lantelmus Guilelmus, Arditius, Ro-
„ gerius, Albicus, Arduinus, Osbertus qui videlicet
„ eam in fundo suo construxerunt sub annuo censu
„ duodecim denariorum Mediolanensis monetae beato
„ Petro, & eius Romanae Ecclesiae obtulerunt. Aliam
„ vero Ecclesiam beati Damiani de Donaria sub con-
„ simili censu firmantes. Per praesentis igitur privile-
„ gij paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quae-
„ cumque bona, quascunque possessiones eidem Eccle-
„ siae aut ex praedictorum Comitum, aut ex quorum-
„ libet fidelium largitione possident, sive in futurum
„ largiente Deo iuste atque canonice poterunt adipisci,
„ firma vobis, & his, quae post vos successerint, il-
„ libata permanere, nec Dioecesano Episcopo facultas
„ sit Ecclesias ipsas & personas in eius domibus ser-
„ vientes gravare, aut aliquid in illis potestate judicia-

„ ria

„ria exercere praeter locorum conſecrationes, ſancti-
„monialium benedictiones & clericorum, qui in eis
„conſtituti fuerint, ordinationes, ſi tamen Epiſc. Ca-
„thol. fuerit & gratiam atque communionem Apoſt.
„Sedis habuerit & ſi gratis, ac ſine aliqua pravitate
„voluerit Sacramenta eadem miniſtrare, Alioquin a
„quovis malueritis catholico ea ſuſcipietis Epiſcopo.
„Nulli ergo omnino hominum liceat praefatas Eccle-
„ſias perturbare aut earum poſſeſſiones auferre, vel
„ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationi-
„bus fatigare, ſed omnia integra conſerventur ſancti-
„monialium in praelibatis Eccleſiis Deo ſervientium
„profutura ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate. Obeun-
„te vero te nunc eorundem locorum Abbatiſſa, vel
„earum qualibet, quae tibi ſucceſſerint, nulla ibi qua-
„libet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia praeponatur,
„niſi quam ſorores communi conſenſu, vel ſororum
„pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Bea-
„ti Benedicti regulam elegerint, a Romano Pontifice,
„vel cui ipſe commiſerit conſecrandam. Sepulturam
„quoque eorundem locorum liberam eſſe cenſemus, ut
„eorum devotioni, & extremae voluntati, qui ſe in
„praefatis locis ſepelire deliberaverint, niſi forte ex-
„communicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat ſalva
„tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuo-
„rum corpora aſſumuntur. Porro novalium veſtrorum
„quae propriis manibus aut ſumptibus colitis ſive de
„nutrimentis veſtrorum animalium decimas ab aliqui-
„bus exigi omnino prohibemus communi vita viventi-
„bus, ſicut beatus Gregorius ait iam de faciendis por-

„tio-

Digitized by Google

„ tionibus, vel exhibenda hoſpitalitate nihil nobis lo-
„ quendum eſt, cum omne quod ſupereſt in cauſis
„ piis, ac religioſis erogandum eſt. Si qua igitur in
„ futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona hanc no-
„ ſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam teme-
„ re venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita
„ niſi praeſumptionem ſuam digna ſatisfactione corre-
„ xerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat,
„ reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata ini-
„ quitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſan-
„ guine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chri-
„ ſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae
„ ultioni ſubiaceat, cunctis autem eiſdem locis ſua iura
„ ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti qua-
„ tenus & hic fructum bonae actionis percipiat, &
„ apud diſtrictum Judicem praemia aeternae pacis in-
„ veniat. Amen. Amen. Amen.

„ Ego Alexander Catholicae Eccleſiae Epiſcopus
„ ſubſc.

„ Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

„ Ego Bernardus Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

„ Ego Vbaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hie-
„ ruſalem ſubſc.

„ Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentij in
„ Lucina ſubſc.

„ Ego Bozo presb. card. S. Pudentianae tit. Pa-
„ ſtoris ſubſc.

„ Ego Petrus presb. card. S. Laurentij in Dama-
„ ſo ſubſc.

„ Ego Jacintus Diac. card. S. Mariae in Coſme-
„ din ſubſc.

„ Ego

„ Ego Ardirio diac. card. S. Theodori subscripsi.
„ Ego Cinthius diac. card. S. Adriani subscripsi.
„ Ego Hugo diac. card. S. Eustachij juxta tem-
„ plum Agrippae, subsc.
„ Ego Petrus Diac. card. S. Mariae in Aquino
„ subsc.
„ Datum Beneventi per manum Gerardi Sanctae
„ Romanae Ecclesiae Notarij II. Kal. Augusti Indict. 2.
„ Incarnationis Dominicae anno M. C. LXIX. Pontifi-
„ catus vero Domini Alexandri Papae III. anno de-
„ cimo.

Hanc Albertus Laudensem Ecclesiam pie sancteque administravit, coegitque clerum optimis legibus, exemplisque institutum vero Pontifici tertio Alexandro parere. Interfuit Lateranensi Concilio ab eodem Pontifice celebrato 1179. cui subscripsit (*b*), reversusque ad Ecclesiam sibi concreditam paulo post excessit e vivis die 4. mensis Julii eiusdem anni (*c*). Sacrum eius corpus tumulandum intulere in cathedralem, claruitque deinceps miraculis. Anno vero 1588. Ludovicus Taberna Episcopus eiusdem sacras reliquias recondidit sub altare S. Trinitatis, eius capite argenteo vase incluso, ubi modo summa veneratione fidelium honorifice asservatur (*d*).

ADDITIONES.

(*a*) 28. mensis Martii, ubi enim vulgati Morenae Codices habent *IV. Kal. Aprilis*, V. legendum esse docti viri coniecere.

(*b*) Id falsum; non enim Albertus, sed eius successor

Digitized by Google

ceſſor Albericus Lateranenſi Concilio interfuit.

(*c*) exceſſit e vivis Albertus a. 1173.

(*d*) Haec autem de eo in Laudenſi Martyrologio IV. Nonas Julias leguntur: *Laudae S. Alberti de Quadrellis noſtrae novae Urbis Epiſcopi, ac Patroni minus principalis, pietate in pauperes, ac miraculorum gratia inſignis, qui una cum S. Galdino Archiepiſcopo Mediolanenſi adverſus ſchiſmaticos tempore Alexandri III. P. M. apprime laboravit, & cum eodem multis Corporibus ac Reliquiis Sanctorum in urbe diruta repertis S. Juliani Epiſcopi Corpus ad urbem novam tranſtulit, ac venerandi Cleri conſortium ad inſignes pias operas pro pauperum ſuccurſu ac defunctornm ſuffragio praeſtandas inſtituit. Ejus ſacrum Corpus, ac caput theca argentea incluſum a Ludovico Taberna Epiſcopo Laudenſi ſubtus aram propriam in hac Baſilica majore collocatum eſt, ibique maxima populi devotione colitur.*

XXXV. ALBERICVS de cornu Laudenſis, Cathedralis Canonicus (*a*), Patriae adlectus Epiſcopus fuit 1179. (*b*) Praefuit decem annos libertatemque Eccleſiaſticam acerrime propugnavit. (*Anno* 1179. *interfuit Concilio Lateranenſi III.*) (*c*).

ADDITIONES.

(*a*) Jam ab anno 1156. Canonicus fuerat Albericus. Teſtes habeo juramenti Lanfranco Epiſcopo ab Alberto Diacono praeſtiti tabulas, quibus Albericus Canonicus eo anno ſubſcripſit. En illas

„Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chri„ſti milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, duode-

Digitized by Google

„ cimo die Kalendarum Octobris, Indicione quinta: „ Preſentia bonorum hominum quorum nomina ſubter „ leguntur. Et preſentibus Presbitero Grandon, & „ Presbitero Alberico del Cornu Canonico majoris Ec- „ cleſie & Guifredo Clerico Eccleſie Sancti Geminia- „ ni, qui tunc temporis erat Cancellarius Laudenſis „ Epiſcopi. Juravit Albertus Diaconus de Sexto ad „ ſancta Dei Evangelia, nominative pro Eccleſia de „ Sexto que eſt ſita, & conſtructa ad honorem San- „ ctorum martirum Gervaſi & Protaſi. Juravit ſupra- „ ſcriptus Albertus Diaconus, quod erit fidelis, & fi- „ delitatem, & reverentiam portabit Domno Lanfran- „ co Dei gratia Laudenſi Epiſcopo, & ſuo Catholico „ ſucceſſori, & majori, ſeu matrice Eccleſie de Laude.

„ Actum eſt hoc in loiba ſupraſcripti Epiſcopi. „ Ibique ſtatim ſupraſcriptus Epiſcopus dedit & con- „ ceſſit ſupraſcripto Alberto ſupraſcriptam Eccleſiam.

„ Signum manus ſupraſcripti Alberti Diaconi, qui „ ſupraſcriptum ſacramentum, & fidelitatem fecit, & „ hoc breve fieri rogavit.

„ Ego Albericus indignus Sacerdos Laudenſis Ec- „ cleſie interfui & ſubſcripſi.

„ Ego Grandin Presbiter ſubſcripſi.

„ Signa manuum Malapartis de Valarano, Otto- „ nis de Plazano teſtium.

„ Ego Guifredus Clericus Sancti Geminiani tunc „ temporis Domini Epiſcopi ſerviens interfui & ſub- „ ſcripſi.

„ Ego Liprandus Notarius ſacri Palacij hoc breve „ tradidi & ſcripſi, & ſubſcripſi.

Anno

Digitized by Google

(b) Anno 1173. electus fuit Albericus. Anno insequente 1174. jura sua contra Monachos de Precipiano strenue Mediolani coram S. Galdino defendit sententiamque tulit, quam heic subijcio.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi. Cum „ inter Dominum Albericum Dei gratia Laudensem Epi„ scopum & Dominum Oggerium Abbatem Monasterii „ de Percipiano super Monasterio Sancte Agathe de „ Lomello controversia agitaretur ventillata est causa „ coram Domino Galdino Sancte Mediolanensis Eccle„ sie Archiepiscopo Apostolice Sedis legato. Sed ante„ quam de causa ipsa plene cognoscceretur, appellavit „ prefatus Abbas ad Domini Pape audientiam. Qui „ appellatione suscepta eandem causam Domino Milloni „ Taurinensi Episcopo & Mediolanensi Archipresbitero „ audiendam & fine debito terminandam absque ap„ pellationis remedio delegavit. Postulabat autem me„ moratus Abbas, ut idem Episcopus prescripti Mona„ sterii sibi restitueret possessionem, de qua per Albe„ ricum Laudensis Ecclesie quondam scismaticum Epi„ scopum ex auctoritate Octaviani Heresiarce se deje„ ctum esse dicebat. Allegans quod Ecclesiam ipsam „ diutissime possederat, & ante tempus prefati Octa„ viani longissimam inde habuerat possessionem. Quod „ etiam per plures testes licet minus sufficientes pro„ bare videbatur. E contra vero prenominatus Episco„ pus possessionem ipsius monasterii aud Laudensem „ Ecclesiam ex longissimo tempore pertinere dicebat, „ asserens quod ipse & Anteccssores ejus censum inde „ habuerant, & ipsum Monasterium tamquam propriam

 „ ordi-

„ ordinaverant Eccleſiam. Super hoc autem plures pro-
„ duxit teſtes & multa exhibuit Inſtrumenta que ma-
„ nifeſte monſtrabant proprietatem ejuſdem Monaſterij
„ ad Laudenſem Eccleſiam pertinere. His igitur & aliis
„ viſis & diligenter inſpectis Dominus Petrus Medio-
„ lanenſis Eccleſie Presbiter, & Sancte Marie de Mon-
„ te Archipresbiter ex mandato prefati Domini Epiſcopi
„ & conſcilio Heriprandi Judicis in eadem cauſa Aſ-
„ ſeſſoris aliorumque multorum ſapientium virorum hu-
„ iuſmodi ſuper poſſeſſione eiuſdem monaſterii protulit
„ ſententiam. In nomine Domini. A petitione Domini
„ Oggerij Abbatis Monaſterij de Percipiano, quam no-
„ mine Monaſterii ſui facit ſuper poſſeſſione Monaſterii
„ Sancte Agate de Lomello, Dominum Albericum Epi-
„ ſcopum Laudenſem abſolvimus. Actum in domo me-
„ morati Epiſcopi. Anno Domini milleſimo centeſimo
„ ſeptuageſimo quarto ſecundo die menſis Septembris
„ indictione ſeptima.

„ Interfuerunt Rogerius de Sorexina, Ardericus de
„ Bonate, Gregorius Caghinarcha, Sozus de Marliano,
„ Otto Murena, Otto Dulcianus, & alii plures Cleri-
„ ci, & Laici.

„ Ego Adobadus Lector ex mandato ſupramemo-
„ rati Domini Epiſcopi hanc ſententiam dictavi & ſcri-
„ pſi, quam ipſe ſuo ſigillo inſigniri precepit feliciter.

Hanc porro ſententiam Alexander III. confirma-
vit his litteris.

„ Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ve-
„ nerabili Fratri Alberico Laudenſi Epiſcopo ſalutem
„ & Apoſtolicam benedictionem. Ea, que concordia,

„ vel

Digitized by Google

„ vel judicio ſtatuuntur, firma debent, & inconvulſa
„ conſiſtere, & Apoſtolico robore communiri, ne ali-
„ cuius valeant vexatione, aut malignitate turbari. Inde
„ eſt, quod nos tuis juſtis poſtulationibus grato con-
„ currentes aſſenſu, diffinitionis ſententiam, quam ſu-
„ per cauſa, que inter te, & Nicolaum prepoſitum
„ Eccleſie Sancti Nazarij Mediolanenſis de quodam ho-
„ ſpitali & Eccleſia, & alijs rebus, & poſſeſſionibus
„ ipſius hoſpitalis ſiti in ſuburbio porte Mediolanenſis
„ veteris Laude agitabatur. Venerabilis frater noſter
„ G..... Bergomenſis Epiſcopus, & dilectus filius
„ Tranſmundus Carevallenſis (*ſic*) Abbas quibus cau-
„ ſam ipſam commiſeramus, fine debito terminandam,
„ ratione cognita protulerunt, ſicut in autentico Scripto
„ exinde facto continetur. Sententiam quoque, quam
„ dilectus filius magiſter Johannes Bonus Subdiaconus
„ noſter ſuper cauſa, que inter te & Abbatem Fru-
„ ctuarienſem de reſtitutione vigintiquattuor ſolidorum
„ mediolanenſium veterum, & ſuper abſolutione ſex
„ ſolidorum mediolanenſium veterum, quam Abbas per
„ Priorem de Paulo ſibi petebat fieri vertebatur. Au-
„ ctoritate noſtra fultus noſcitur rationabiliter protu-
„ liſſe. Sententiam etiam quam M..... Taurinenſis
„ Epiſcopus, & Archipresbiter Mediolanenſis Eccleſie
„ inter te & Ogerium Abbatem Monaſterij de Perci-
„ piano ſuper Monaſterio Sancte Agathes de Lomello
„ de mandato noſtro protuliſſe dignoſcitur, ſicut In-
„ ſtrumenta exinde facta continent, auctoritate Apo-
„ ſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio
„ communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum

 „ liceat

Digitized by Google

„ liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, „ vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc at- „ temptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis „ Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum „ ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ferrarie quarto „ Kalendas Madij.

Idem Alexander III. litteris Anagniae datis 30. Decembris a. 1177. Vicedominatus (qui Laudenſis Eccleſiae dignitas eſt) inveſtituram a Lanfranco Epiſcopo nobili Treſſinorum familiae in perpetuum conceſſam, Alberico plurimum urgente, irritam, & inanem declaravit.

(*c*) Vide Harduinum T. VII. parte II. col. 2058. Decem autem poſt annis, anno ſcilicet 1189. vitam cum morte commutavit.

XXXVI. ARDERICVS ejuſdem ſedis Antiſtes adlectus eſt, cum eſſet Canonicus, ac cathedralis Praepoſitus. Tulit ſaluberrimas leges, ut canonicos optime inſtitutos haberet anno 1214. quae adhuc in viridi obſervantia ſunt. Sedit ann. 28. (*a*) ad ipſumque Innocentius Tertius ſcripſit lib. 3. Epiſtolarum (*b*).

ADDITIO.

(*a*) ad annum 1217. quo obiit.

(*b*) non Innocentius ſolum III. ad eum ſcripſit *lib. 3. epiſtol.*, ut lites inter Novarienſe Capitulum, & Albertum Siccum, ac Jacobum Clericum Novarienſem exortas pro ſua ſapientia componeret, ſed etiam Innocentii Deceſſor Coeleſtinus III. datis ad ipſum litteris

Digitized by Google

nis III. Eidus Decembris MCXCVII. inter Ticinensem Episcopum, ac Placentinae Cathedralis Capitulum de decimis controversiae pacatorem esse voluit. Sed Lucii III. epistolam recitemus a. 1182. perscriptam, ex qua quid Ardericus pro Monasterio S. Petri, Ecclesiaque sua egerit, perpessusque fuerit, intelligemus.

„ Lucius Episcopus Servus Servorum Dei. Dile„ ctis Filiis Rectoribus Lombardie, Marchie, & Ro„ magnole salutem, & apostolicam benedictionem. Cum „ pro servanda ecclesiastica libertate Principibus seculi „ quoriens necesse est, Sedes Apostolica se opponat, „ sustinere nec volumus, nec debemus, ut venerabilia „ loca vel persone in eis divinis obsequiis mancipate, „ indebitis per illos serviciis affligantur, qui se pro „ devotione ecclesie persecutiones jactant innumeras per„ tulisse. Ideoque miramur plurimum, & movemur, „ quod majores hoc tempore in partibus vestris mole„ stias ecclesie, & Clerici patiuntur, quam dicantur „ in aliis Provinciis sustinere. Accepimus sane, quod „ Ardericus de Sala Potestas, & Consules Laudenses „ nimium de suorum Seguacium favore presumentes „ contra prohibitionem venerabilis Fratris nostri A. Lau„ densis Episcopi sepius replicatam, importabilia honera „ imponere, & pretextu Banni, pecuniam Ecclesiis, „ & Clericis auferre suadente Diabolo presumpserunt; „ ita quod predictus Ardericus Monasterium Sancti Pe„ tri de Lauda veteri, & quasdam alias Ecclesias ejus„ dem Diocesis cum rebus suis Banno supposuit pro „ eo, quod Abbas, & alii Clerici infra Civitatem ad „ mandatum eius domos facere recusarunt. Cumque

Digitized by Google

„ Monachi metu eius a Monaſterio diſceſſiſſent, ille
„ furore ſuccenſus illuc miniſtros ſue nequitie deſtina-
„ vit, qui quoſdam de fratribus, qui illic pro cuſtodia
„ relicti fuerant, crudeliter verberarunt. Unde memo-
„ ratus Epiſcopus de mandato Venerabilis fratris no-
„ ſtri A. Mediolanenſis Archiepiſcopi in ipſum A., &
„ conſiliarios eius excommunicationis ſententiam tulit,
„ & Civitatem totam ſuppoſuit Interdicto. Preterea
„ Conſules & Populus Mutinenſis divino timore poſt-
„ poſito poſſeſſionibus Eccleſiaſticis legem nequiſſimam
„ imponere auſu temerario preſumpſerunt, & de revocan-
„ da conſtitutione illicita per Epiſcopum, & Clerum,
„ per litteras quoque noſtras ammoniti, in ſuo dampnan-
„ do propoſito uſque modo contumaciter perdurarunt,
„ nec adhuc a ſua pravitate diſcedunt. Unde quoniam
„ non caret ſcrupulo ſocietatis occulte, qui manifeſto
„ facinori non obſiſtit, ſed facientis culpam habet, qui
„ quod poteſt, negligit emendare, prudentiam veſtram
„ per Apoſtolica ſcripta monemus, & in remiſſionem
„ peccatorum iniungimus, quatenus Eccleſias, & per-
„ ſonas Eccleſiaſticas in libertate priſtina conſervantes,
„ Poteſtatem, Conſules, & Populum Laudenſem, &
„ Conſules, & Populum Mutinenſem a ſua nequitia
„ celeriter, & viriliter compeſcatis, ita quod de diſſi-
„ mulatione reprehendi apud homines non poſſitis, nec
„ in extremo examine duriorem vos oporteat ſententiam
„ formidare, donec aut prefatus Ardericus, que male
„ accepit, & dampna data tam Clericis quam Laicis
„ Eccleſiarum occaſione reſarciat, & ab Eccleſiarum,
„ & Clericorum vexatione quieſcat, atque abſolutionem

„ per

Digitized by Google

„ per ecclesiam Romanam optineat, eum cum suis com-
„ plicibus attentius evitetis, quia Salomone testante,
„ *qui tangit picem coinquinatur ab ea*; Apostolus etiam di-
„ cit, quod *non solum qui faciunt*, sed *qui consentiunt fa-*
„ *cientibus, digni sunt morte*. Datum Velletri secundo no-
„ nas Junii.

XXXVII. IACOBVS DE CERRETO, Monachus, & Abbas Claraevallis Mediolanensis Cistercienſis Ordinis, Laudensis Episcopus adlectus est anno 1217. Qui antequam inauguraretur, excessit e vita.

XXXVIII. AMBROSIVS de Cornu, nepos superioris Arderici, maioris Templi Canonicus, ad hanc eandem Sedem pervenit anno 1218. Romae consecratus ab Honorio Tertio, ut habetur ad calcem Regesti Vaticani anno 2. Qui eodem anno fato concessit.

ADDITIO.

(*a*) post septimum diem Novembris, ad quem diem in Episcopali archivo exstant eius monumenta.

XXXIX. OTHOBELLVS Sufflentinus Laudensis Ambrosio suffectus est anno 1219. Anno vero 1223. ab Alberto Magdeburgensi Archiep. Federici II. Imp. Sacri Imperii legato plenariam iurisdictionem Episcopii sui speciali privilegio suscepit sub iis verbis in diplomate originali excriptis, quod adhuc in cathedralis archivio asservatur. (Hic ille O. Laud. Episcopus in edicto Friderici Caesaris de Terra Comitissae Mathildis de anno 1221. apud Baluzii Miscellanea l. 1. p. 451.)

„ *Alber-*

Digitized by Google

„ *Albertus Dei gratia S. Magdeburgenſis Eccleſiae*
„ *Archiepiſcopus Imperii ſacri legatus*,
„ *& Comes Romanus.*

„ UNiverſis fidelibus Imperij tam praeſentibus, quam
„ futuris ſalutem, & omne bonum. Certum no-
„ bis eſt, & evidenti indicio manifeſtatur (1), quod
„ ſereniſſimus Dominus noſter Imperator Federicus (2)
„ Auguſtus, & Rex Siciliae ſacroſanctam Romanam &
„ univerſalem Eccleſiam (3), tamquam piam matrem
„ adeo reveretur, & venerabiles Epiſcopos, caeteroſque
„ Eccleſiaſticos (4) praelatos diſpoſuit ſic fovere, ut
„ non ſolum eos (5) in ſuis rationibus manutenere
„ velit; verum & (6) quantum poteſt cum iuſta ho-
„ noribus debitis ampliare. Inde eſt, quod ſicut ex
„ debito legationis nobis iniunctae tenemur (7), vo-
„ lentes Domini Imperatoris beneplacitis adhaerere. No-
„ tum eſſe volumus univerſis praeſentis aetatis, & fu-
„ turae poſteritatis, quod nos auctoritate legationis,
„ qua fungimur, & divinae contemplationis reſpectu;
„ nec non (8) interventu precum, & obſequiorum
„ chariſſimi in Chriſto fratris Othobelli venerabilis Lau-
„ den. Epiſcopi, cuius civitas, & Epiſcopium per ma-
„ nus felicis memoriae Domini Imperatoris Federici (9)
„ reſti-

(1) *evidentia indicia manifeſtant*
(2) *Fredericus*
(3) *Eccleſiam Romanam & univerſalem*
(4) *Eccleſiarum*
(5) *eos audire*
(6) *etiam*
(7) *tenemus*
(8) *nec non &*
(9) *Frederici*

Digitized by Google

„ restitutum fuit pristinae libertati, & honorabilibus
„ privilegiis, & concessionibus praemunitum de motu
„ proprio, & ex certa scientia succurrentes, ac sub-
„ venientes episcopo memorato restituimus ipsum in in-
„ tegrum jus, & plenam omnium possessionum jurisdi-
„ ctionem honorum, ac rerum universarum ad ipsum
„ Episcopatum de jure spectantibus (10) & speciali-
„ ter ex concessionibus, vel donationibus Imperatorum,
„ aut Regum Romanorum praesertim recolendae memo-
„ riae praedicti Domini Imperatoris Federici II. (11)
„ quod in authenticis privilegiis eidem Episcopo indul-
„ tis expressius continetur, si forsitan negligentia ali-
„ cuius Episcopi, vel Pastoris aut invasione seu occu-
„ patione alicuius personae magnae vel parvae, sive ali-
„ cujus comunitatis, civitatis vel loci in aliquo circa
„ ipsas concessiones vel donationes noscitur esse laesum
„ non obstante aliqua concessione super iurisdictione,
„ vel aliis facta communi Laudae in praeiudicium Epi-
„ scopij saepedicti, qui de suis privilegiis non faceret
„ (12) mentionem. Approbamus etiam, & innovamus
„ omnia privilegia concessiones, & donationes, indul-
„ taque (13) factas eidem episcopio praesertim a no-
„ minato Domino Imperatore Federico (14). Firmiter
„ statuentes, atque districte praecipientes, quatenus nul-
„ la persona magna, vel parva, secularis vel Ecclesia-
„ stica eundem Episcopum super privilegiis, vel con-
„ cessionibus suo Episcopatui indultis, & spetialiter (15)
„ a saepe

(10) *spectantium*
(11) *Federici secundum*
(12) *facerent*
(13) *indulta &*
(14) *Frederico*
(15) *specialiter*

Digitized by Google

„ a ſaepe dicto domin. Imperatore Federico (16) ſive „ legali iudicio moleſtare, aut impedire praeſumat ſub „ exterminatione poenae, quae in ſuis privilegiis con„ tinetur. Ad huius autem rei perpetuam notitiam, & „ inviolabile firmamentum praeſentem paginam ſcribi, „ & ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Huius rei te„ ſtes fuerunt domini Gramandus Brandeburgenſis (17) „ Otto Bobienſis, Omadei Cremon. (18) Vilprandus „ maior Praepoſitus Parmenſis presbyter, Cacia Dete„ ſalvis (19), Capelus Mondalbergus (20), Vbertus „ de Mannate, & Albericus (21) de Rovereto iudi„ ces curiae & alij multi.

„ Actum Cremonae in Palatio D. Epiſcopi anno „ Domini M. CC. XXIII. indict. 11. die quinto Julij „ haec autem fecimus (22) ſine iuris praeiudicio alieni.

Hic Praeſul creditae ſibi Eccleſiae magno uſu fuit; quippe qui plura alienata, diſtractaque bona, ancipitibus iugulatis nominibus, recuperavit, Clerumque ſcriptis ſalubribus decretis, ad emendatiores mores perduxit, idem Philoſophia, ac ſingulari prudentia clarus. Hoc ei triſte accidiſſe narratur, quod Eccleſiam ſibi creditam Epiſcopali dignitate ſpoliatam viderit a Gregorio Nono, indeque moerore correptus, bonis omnibus deſideratus deceſſit anno 1242. Poſt cuius diſceſſum, inteſtinis diſcordiis fluctuantibus civibus, ac prohibente Innocentio IV. ſubſecutum interregnum eſt decem

(16) *Frederico*
(17) *Brandeburgenſis &*
(18) *Omodei Cremonenſis*
Epiſcopi

(19) *Dioteſalvas*
(20) *Muthalbergus*
(21) *Albericus*
(22) *facimus*

Digitized by Google

decem annorum. Ecce tibi teſtimonium ex Reg. Vaticano eiuſdem Pontificis E. 90. fol. 14. ann. 1.

„ *Innocentius &c. Abbati de Cerreto Ciſtercienſis*
„ *Ordinis, Archipresb. de Senua Laudenſ. Dioec.*
„ *& Praepoſito Laud.*

„ CUm fel. record. G. Papa praedeceſſor noſter ci-
„ vitatem Laudenſem ex certa cauſa Pontificali
„ dignitate privarit, & O. qui fuerat Epiſcopus civi-
„ tatis eiuſdem, viam univerſae carnis ingreſſus, vo-
„ lumus & per Apoſt. ſcript. man. quatenus proven-
„ tus omnes, qui ad menſam epiſcopalem ſpectare con-
„ ſueverant, integre colligentes ipſos, & alia bona
„ olim ad eandem menſam pertinentia conſervare fide-
„ liter ſtudeatis, donec de illis aliter duxerimus diſpo-
„ nendum, contradictores &c. Proviſionem autem ſi
„ quae forte in Laudenſi Eccleſia de Pontifice facta
„ eſt, vel fiet ſine auctoritate noſtra etiam de futuro,
„ decernimus irritam, quod ſi non &c.
„ *Datum Anagniae 4. Kal. Septemb. an. I.*

ADDITIO.

Plura in Epiſcopali Archivo ſervantur huius Epiſcopi monumenta. Pauca ſeligo, quae ad res quoque Monaſticas illuſtrandas viſa ſunt opportuniora.

I.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti

Digitized by Google

„ſti milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo die veneris „duodecimo intrante menſe marcii, Indictione nona. „In nomine Domini amen. Ego Donnus Ajulfus Prior „Monaſterii Sancti Marchi de Laude veteri delegatus „a Domino Papa ad cognoſcendum de cauſa, ſeu cau„ſis que vertuntur, ſeu verti ſperantur inter Domi„num Ottobellum Dei gratia Laudenſem Epiſcopum „nomine & vice Epiſcopatus Laudenſis ex una parte „& Henricum Comitem de Monte Cucco ex altera, „ſicut apparet ex tenore reſcripti ipſius Domini Pape „qui talis eſt. *Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei di„lecto filio .... Priori Sancti Marchi de Laude veteri Lau„denſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ven„rabilis Frater noſter Laudenſis Epiſcopus ſua nobis petitione „monſtravit quod Henricus Comes de Monte Cucco & quidam „alij tam Civitatum quam Dioceſium Placentine & Papienſis „ſuper quodam Lacu, poſſeſſionibus, redditibus, & rebus aliis „iniuriantur eidem. Quo circa diſcretioni tue per Apoſtolica „ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias cau„ſam, & appellatione remota debito fine decidas. Faciens „quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſer„vari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, „vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem, ceſſante ap„pellatione, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum „apud urbem veterem quinto Kalendas Auguſti Pontificatus no„ſtri anno quinto.* Ipſo comite legitime citato, & ei „ab ipſo Domino Epiſcopo libello porrecto cuius libelli „talis eſt forma. *Ego Ottobellus Dei gratia Laudenſis Epi„ſcopus nomine & vice ipſius Epiſcopatus. Conqueror vobis „Domino A. Priori Monaſterii Sancti Marchi de Laude veteri*

„& a

Digitized by Google

„ *& a Summo Pontifice Judici delegato de Anrico Comite de*
„ *Monte Cucco, a quo peto, ut reſtituat michi nomine & vice*
„ *ſupraſcripti Epiſcopatus omnem poſſeſſionem & comoda & in-*
„ *crementa poſſeſſionis, & omnes fructus & redditus, quos*
„ *ex ipſa poſſeſſione percepit tocius Lacus, qui dicitur* Lacus
„ Lambrelli *jacentis in Epiſcopatu Laude in Curia de Ronco,*
„ *qui Lacus Lambrelli tenet a Fellegario de monte Oldrato*
„ *uſque ad Gualdefredum de Cucallo & poſſeſſionem alvei pre-*
„ *dicti lacus, & poſſeſſionem novem pedum & amplius terre*
„ *jacentis juxta ripas predicti Lacus, ſicut tenent ripe pre-*
„ *dicti Lacus ab utraque parte, quam poſſeſſionem per vim*
„ *occupavit, & hæc omnia peto, ſi vim probare potero; alio-*
„ *quin peto, ut dimittat michi nomine predicti Epiſcopatus*
„ *& reſtituat predictum Lacum & alveum ipſius Lacus &*
„ *predictos pedes terre, ſicut ſuperius determinatum eſt, &*
„ *cum omnibus comodis & incrementis, & alluvionibus, red-*
„ *ditibus, & fructibus, quos percepit ex omnibus iſtis. Salvo*
„ *jure addendi, & diminuendi, & meliorandi, vel alium li-*
„ *bellum faciendi. Milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto exeunte*
„ *menſe Octubris indictione nona.* Quo recepto libello cum
„ Dominus Lantelmus de monte Cucco, qui ſatis de-
„ derat judicatum ſolvi, & quem dictus Comes Hen-
„ ricus ſuum conſtituerat procuratorem ad ipſam cau-
„ ſam, & promiſit ſe ratum & firmum habituruh,
„ quicquid idem Lantelmus fecerit ſuper hiis, & plu-
„ res recepiſſet dilationes ad reſpondendum in cauſa
„ & ad deffenſiones ſuas allegandas & ad dandas quas
„ portarem ad habendum conſcilium ſuper quibuſdam
„ declinatoriis exceptionibus, quas idem Lantelmus op-
„ poſuerat, & ipſas allegationes nullo modo daret, ſed

„ fri-

Digitized by Google

„ frivolas imo pocius nullas cauſas impoſſibilitatis dandi
„ eas allegaret, videlicet quia dicebat, quod non po-
„ terat habere judicum copiam, qui illas allegationes
„ componerent propter diſcordiam Placentinorum, cum
„ conſtaret, quod nihilominus eorum copiam habere
„ potuerat, maxime quia fere omnes judices Placentie
„ exierant Civitatem, ſicut idem Comes Henricus, &
„ Procurator ejus aſſerebant, & eorum copiam habere
„ poterat extra civitatem, & maxime aput Pontianum,
„ ubi militia Placentie convenerat, ipſis comite Hen-
„ rico ejuſque Procuratore contumaciter abſentibus, mul-
„ torumque utriuſque Juris Peritorum habito conſcilio,
„ pronuntio, dictum Dominum Epiſcopum nomine Epi-
„ ſcopatus mittendum eſſe, & mitto in poſſeſſionem
„ iſtius Lacus & alvei ejus, & in poſſeſſionem novem
„ pedum & pluris terre jacentis juxta ripas predicti
„ Lacus ſicut tenent ripe ipſius lacus ab utraque parte
„ & in poſſeſſionem omnis incrementi & alluvionum,
„ que ipſi Lacui accreverunt, ſeu acceſſerunt. ut tedio
„ affectus dictus Comes veniat reſponſurus & ſtatim
„ accedens dictus Prior ad ipſum Lacum corporaliter
„ eumdem Dominum Epiſcopum in poſſeſſionem induxit
„ de ipſo lacu & predictis omnibus dando ei de cannis
„ & luto & piſcibus ipſius Lacus & de terra etiam,
„ que erat ſupra & circa ipſum Lacum. Actum eſt
„ hoc feliciter juxta ripas dicti Lacus, ubi data fuit
„ predicta poſſeſſio: affuerunt ibi Dominus Arnoldus
„ de Vagerano Prepoſitus Laudenſis, & Azo Prepo-
„ ſitus Canonice Sancti Laurentij Civitatis ejuſdem,
„ & Anricus de Duſgnaga, & Comes Lantelminus
„ filius

Digitized by Google

„ filius Comitis Biemmi, & Albertonus Dardanonus,
„ & Baſſanus oculus aureus, & Guifredus Inzigna-
„ drus, & Jacobus filius Arioldi de Cavenago, & Ja-
„ cobus Sufflentinus, & Ugo de Labandonato de Monte
„ Oldrato, & Zanninus de Muſinaſco de Placentia,
„ & Anrigacius & Oldratus Fratres filii Alberti Po-
„ calodi, & Zanninus filius Viviani Tabernarij de
„ Monti & Pizus qui ſtat cum predicto Domino Priore
„ & Alegrinus ſerviens ipſius Domini Epiſcopi & Pe-
„ trezinus Sigdonus, qui ſtat cum ipſo Domino Baſ-
„ ſiano oculo aureo, & Amizo Camola, qui ſtat cum
„ ipſo Domino Prepoſito S. Laurentij & Petrezolus,
„ qui dicitur Gnuechus, qui ſtat cum predicto Anrico,
„ & Andreas Corvus Canevarius ipſius Domini Epi-
„ ſcopi, & Zanninus de mezano publicus ſervitor com-
„ munis Laude teſtes rogati.

„ Ego Albertus Bonanus Notarius ſacri Pallatij
„ & miſſus Regis interfui & juſſu ac de mandato ipſius
„ Domini Ajulfi Prioris hanc ſententiam ſcripſi.

II.

„ Vicedominus miſeratione divina Epiſcopus Pla-
„ centie Dilecto in Chriſto Fratri, & amico chariſſimo
„ Archipresbitero Plebis de Senna ſalutem, & dilectio-
„ nis affectum. Noveritis quod quedam cauſa inter ve-
„ nerabilem Epiſcopum Laudenſem, ſeu Procuratorem
„ ejus ex una parte, & Abbatem & Capitulum San-
„ cti Petri ſeu Sindicum ipſius ex altera verſa & agi-
„ tata eſt ſub examine noſtro auctoritate cujuſdam re-
„ ſcripti, cujus tenor talis eſt. *Honorius Epiſcopus ſervus*

„ *ſervorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Placentie ſalutem*
„ *& Apoſtolicam benedictionem. Traſmiſſa nobis venerabilis*
„ *Frater noſter .... Laudenſis Epiſcopus conqueſtione monſtra-*
„ *vit, quod ..... Abbas Sancti Petri de Laude veteris Lau-*
„ *denſis Dioceſis .... Prepoſitus, Canonici Laudenſes, ac qui-*
„ *dam alij Clerici Laudenſis Dioceſis debitam ſibi obedientiam,*
„ *& reverentiam denegant exhibere, alias ei graves, & injuſ-*
„ *rioſi plurimum exiſtentes. Ideoque Fraternitati tue per Apo-*
„ *ſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictos Abbatem Prepo-*
„ *ſitum, & alios, ut eidem Epiſcopo obedientiam, & reve-*
„ *rentiam exhibeant, ut tenentur, monitione premiſſa per cen-*
„ *ſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. Super*
„ *aliis vero partibus convocatis, audias cauſam, & quod ju-*
„ *ſtum fuerit, appellatione remota, debito fine decidas, ſa-*
„ *ciens quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter*
„ *obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia*
„ *vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem, appellatione*
„ *ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum*
„ *Laterani nono Kalendas Septembris; Pontificatus noſtri anno*
„ *ſeptimo* (1). Verum quia intelleximus quod partes
„ conſentiunt ut predicta cauſa veſtro examini commit-
„ tatur; Idcirco diſcretioni veſtre eandem cauſam au-
„ ctoritate Domini Pape, qua fungimur in hac parte,
„ duximus committendam. Vobis preſentium auctoritate
„ mandantes, quatenus ipſam cauſam audiatis, & ean-
„ dem ſecundum jus ſine debito terminetis. Proceden-
„ tes in ipſa ſecundum libellum, ſuper quo lis eſt con-
„ teſtata coram vobis, ſecundum quod per inſtrumen-
„ tum publicum cognoſcere poteritis evidenter. Poſtea
„ vobis

(1). *anno ſcilicet* 1223.

Digitized by Google

„ vobis notificamus, quod a die proxima ventura usque
„ ad octo dies dedimus partibus terminum producendi
„ testes, & utendi instrumentis, quibus in causa uti
„ voluerint memorata; quarum partium una, scilicet
„ Procurator prefati Domini Episcopi Laudensis jam
„ usus est coram nobis in predicta causa privilegiis &
„ instrumentis quibusdam, & adhuc aliis sub examine
„ vestro dixit etiam se usurum. Condempnavimus po-
„ stea Sindicum memorati Abbatis precipientes eidem
„ ut solveret usque ad diem Dominicam proximam pre-
„ dicto Procuratori scilicet Andree Cotvo viginti quat-
„ tuor solidos Imperiales, quos ipse solverat Notario
„ nostro pro quadam sententia.

„ Unde vobis mandamus, quatinus eumdem Sindicum
„ predictos denarios eidem Procuratori solvere compel-
„ latis.

III.

„ Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Chri-
„ sti millesimo ducentesimo vigesimo quarto. Die Jovis
„ octavo die Februarij Indictione duodecima. Cum Do-
„ minus Ajulfus tunc prior Monasterij Sancti Marchi
„ de Laude vereti ex delegatione Domini Pape ad po-
„ stulationem Domini Ottobelli Dei gratia Laudensis
„ Episcopi legiptime, & solempniter, ac peremptorie
„ citasset vel citari fecisset Dominum Henricum de
„ Monte Cucho Placentine Diocesis, ut coram dicto
„ Priore veniret, eidem Episcopo nomine Episcopatus
„ de aqua Lambri, que jacet in Curte de Ronco, de
„ justitia responsuras per se vel alium idoneum Respon-
„ salem, quam aquam sive quem Lacum idem Episco-

 „ pus

„ pus asserebat esse Episcopatus Laudensis, & sibi no-
„ mine Episcoparus pertinere, Et idem Comes non ve-
„ nisset per se vel alium, sicut debuit, coram judice
„ nominato, sed contumax extitisset. Ed ideo idem
„ Judex delegatus pronontiasset & decrevisset, eumdem
„ Episcopum fore mitendum & inducendum in corpo-
„ ralem possessionem & tenutam dicti Lacus, & etiam-
„ misisset & induxisset . . . . . .
„ . . . . . persona-
„ liter accedentem ad ipsum Lacum in corporalem pos-
„ sessionem & tenutam memorati Lacus, ut predictus
„ Comes tedio affectus veniret de justitia responsurus,
„ quae omnia liquido apparebant per Instrumentum sen-
„ tentie, & per alia publica acta, & cum etiam jam
„ foret elapsus annus & dies multi a tempore senten-
„ tie & inductionis seu missionis in predictam possess-
„ sionem, sepedictus Dominus Episcopus Laudensis a
„ predicto Judice delegato cum instantia postulabat;
„ Quatinus idem Judex auctoritate, qua fungebatur,
„ predictam possessionem supradicti Lacus sibi datam
„ ex secundo decreto confirmaret. Et ut ex secundo
„ decreto prefatus Episcopus dictum Lacum teneret &
„ de cetero possideret. Et ut ipse Judex delegatus in-
„ duceret eumdem Episcopum in corporalem possessio-
„ nem suprascripti Lacus ex secundo decreto. Qui Do-
„ minus Ajulfus Judex dellegatus auctoritate Domini
„ Pape, qua fungebatur, deliberato consilio confir-
„ mavit ex secundo decreto eidem Domino Episcopo
„ nomine Episcopatus predictam possessionem, indu-
„ cendo & inmittendo eumdem Dominum Episcopum

„ perso-

Digitized by Google

„ perſonaliter in corporalem poſſeſſionem & tenutam
„ ejuſdem Lacus, & ordinavit, & ſtatuit, & decre-
„ vit idem Judex, ut ipſe Dominus Epiſcopus Lau-
„ denſis ex ſecundo decreto teneat & poſſideat dictum
„ Lacum nomine Epiſcopatus Laudenſis. Actum eſt
„ hoc feliciter in littore predicti Lacus: affuerunt ibi
„ Domini Mezanus de Cuzigo, & Zilius Bonanus, &
„ Bergundius Denarius, & Riboldinus filius Riboldi
„ della Puſterla & Gualterius filius Aſclerij de Cu-
„ zigo qui dicitur Billa, & Petrezolus Nepos Domini
„ Epiſcopi Laudenſis & Paganus ſerviens ipſius Do-
„ mini Epiſcopi, & Alegrinus, & Ardericus filius
„ quondam Alberti Pertinacij, qui dicitur Rubeus, qui
„ ſtat cum Bonanis Teſtes rogati.

„ Ego Albertus Bonanus Notarius ſacri Pallatij,
„ & miſſus Regis interfui, & rogatus predicti Domi-
„ ni Ajulfi Judicis delegati hanc ſententiam ſcripſi.

I V.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo ſecundo die
„ intrante Septembre Indicione ſecunda. In Monaſte-
„ rio Sancti Baſſiani ſiti extra Civitatem Laude juxta
„ portam Regalem ſuper foſſatum, preſentibus Presbi-
„ tero Zanacio Sancti Vitti, & Gulielmino Clerico
„ Eccleſie de Camarago teſtibus rogatis; Dominus Or-
„ tobellus Dei gratia Laudenſis Epiſcopus de conſcilio
„ Domini Arnoldi Laudenſis Prepoſiti ibi preſentis,
„ facta inquiſitione in predicto Monaſterio, tradidit
„ infraſcriptam formam honeſte, & religioſe vivendi

 „ juxta

Digitized by Google

„ juxta regulam Beati Benedicti, & ordinem monasti-
„ cum approbatum Abbati & Monacis ejusdem Mona-
„ sterij dicens. In primis statuimus ut Abbas & Prior
„ vel Vicetenens Prioris & Monaci cottidie interfint
„ divinis officiis, nisi eos necessitas impediat manifesta;
„ quod si quis transgressus fuerit, vino & pulmento
„ careat ea die, vel regulari subiaceat disciplinę. Item
„ Abbas & Monaci sine Laicis in communi dormito-
„ rio jaceant, nisi Abbas causam evidentem ostende-
„ rit, & semper ardeat ibi lampas de nocte, quem si
„ forte extra dormitorium jacere contigerit unum cubi-
„ cularium vel Monachum habeat bone oppinionis &
„ bone fame viginti quinque annorum ad minus, qui
„ testis sit honestatis Abbatis. Set hoc districte prohi-
„ bemus, ne aliquis Monacus cameram habeat singula-
„ rem, & si habet, dimittat eam usque ad tercium
„ diem, alioquin sit suspensus; & si in contumacia
„ sua perduraverit, de monasterio expellatur. Item Ab-
„ bas & Monaci in communi Refectorio comedant
„ omnes, nisi causa rationabilis & manifesta interve-
„ nerit, & ad mensam legi faciant. Laicos in refe-
„ ctorio cum eis comedere non permittant, nec etiam
„ sine eis, nisi necessitas manifesta interveniat, &
„ nullo modo predicti Abbas & Monaci in refectorio
„ carnes commedant, nec etiam extra, nisi secundum
„ quod regula precipit. Cottidie mane ad capitulum
„ & sero ad collacionem conveniant, & monacus qui
„ hoc non observaverit, pane & aqua contentus sit
„ ac die, vel regulari subiaceat disciplinę. Item Mo-
„ naci statutis horis silentium teneant, & specialiter
„ quam-

Digitized by Google

„ quamdiu ſunt in Eccleſia ad divinum officium, non
„ loquantur cum aliqua perſona extranea, nec etiam
„ viciſſim, niſi privatim & ſubmiſſa voce cogente ne-
„ ceſſitate: in refectorio & dormitorio eodem modo
„ ut dictum eſt ſervent ſilentium. In clauſtro vero
„ a Completorio uſque ad capitulum ſequentis diei &
„ a Paſca uſque ad feſtum Sancti Michaelis poſt pran-
„ dium uſque ad nonam ſimiliter debet obſervari ſilen-
„ tium, & qui non ſervaverit, ſicut dictum eſt, pa-
„ ne & aqua ſit contentus una die, vel regulari ſub-
„ iaceat diſcipline pro quacumque vice, qua non ſer-
„ vaverit. Item Monaci & converſi propria non ha-
„ beant, ſet omnia ſperant (f. *petant*) a Patre Mo-
„ naſterij, ſcilicet ab Abbate & ipſe Abbas provideat
„ eiſdem ſecundum quod regula precipit, non exhiben-
„ do dñ, (forte *denarios*). Item monemus & precipi-
„ mus quod quilibet tam converſus, quam monacus,
„ qui habet proprium, uſque ad octo dies reſſignet
„ Abbati, alioquin ex nunc excommunicamus & de-
„ nunciamus eum excommunicatum. Item nullus Mo-
„ nachorum preſumat exire monaſterium, nec ire per
„ civitatem, vel per forum diſcurrere ſine licentia Ab-
„ batis, vel eius qui gerit vicem Abbatis Abbate ab-
„ ſente, nec Abbas det licentiam exeundi, niſi mani-
„ feſta neceſſitate vel evidenti utilitate monaſterij, &
„ ſi contingat eos exire, honeſte & religioſe incedant,
„ & qui contra hoc fecerit, vel contra aliquid eorum
„ una die ſit contentus pane & aqua, vel diſciplinam
„ recipiat in capitulo, & hoc iniungimus Abbati ob-
„ ſervandum. Item Abbas & Monaci tam in clauſtro

 „ ſive

„ ſive monaſterio, quam extra regularibus veſtibus utan-
„ tur, ſcilicet ſcapulario vel Cugulla ſive flocco, non
„ utantur ſumptuoſis pannis & delicatis, ſcilicet ſta-
„ mine forti & brunero & hujuſmodi ſet vilibus &
„ aſperis pannis ſecundum quod regula precipit; non
„ camiſiis utantur ſet ſtamines, nec utantur manicis
„ cugullarum ſeu floccorum ſtrictis, ſet ampliis; non
„ ſtivalibus ſive ocreis ſet caligis, & ſubtalaribus, non
„ nimia ſubtilitate notandis, ſet pocius groſſitate: nec
„ incedant nudis pedibus, nec ſine caligis, nec utantur
„ Zipellis ſive patitis nec pileis ſive biretis, niſi de
„ panno ordini congruente; non Xochis ſive guarna-
„ cijs, non pellibus ſilvaticis tam in lectulo, quam
„ extra; nec utantur Colzedris in monaſterio, niſi co-
„ gente neceſſitate de licentia Abbatis, & ſi contin-
„ gat eos equitare, non utantur ſellis, frenis, aut cal-
„ caribus deauratis, nec aliquo colore in ſella, niſi ni-
„ gro. Item tonſuras magnas & honeſtas portent, ſicut
„ exigit ordo monacorum. Item nullus monacus ſit Ad-
„ vocatus vel litiget niſi in propria cauſa vel cauſa
„ monaſterij. Item nullus monachus ſit monachus duo-
„ rum Monaſteriorum. Item nullus monachus ſit com-
„ pater alterius, nec tutor, ſeu curator, & quicum-
„ que monachus fecerit contra aliquid predictorum,
„ reclametur in capitulo, & regulari ſubiaceat diſci-
„ pline. Item diligenter provideat Abbas, ne mulieres
„ intrent clauſtrum, niſi cauſa magne neceſſitatis. Item
„ volumus & in virtute Spiritus Sancti precipimus,
„ quod Monachus, qui lapſus fuerit in fornicationem
„ vel in aliud vicium incontinentie, & ex hoc diffa-

„ matus

Digitized by Google

„ matus fuerit, ponatur in gravioribus culpis & ſi in-
„ corrigibilis fuerit, a monaſterio expellatur. Item ho-
„ ſpites honeſte recipiantur, & elijmoſine diligenter &
„ ſecundum poſſibilitatem domus fiant. Item non reci-
„ piant aliquem in Fratrem monaſterij, niſi forte Ca-
„ pellanum, niſi recipiat habitum monachalem, vel con-
„ verſi. Item non recipiant aliquem pro pecunia ex
„ pacto danda. Item quando monaſterium gravatum eſt
„ debitis prohibemus, ne faciant aliquam receptionem de
„ aliquo, nobis inconſultis, quouſque revocaverimus ſu-
„ praſcriptam prohibitionem. Item prohibemus, ne ali-
„ quis monachus faciat votum peregrinationis, & ſi fe-
„ cerit dicimus non teneri, & prohibemus, ne adhim-
„ pleat & ſi contravenerit, regulari ſubiaceat diſci-
„ pline. Item ſub ejuſdem pene comminatione prohi-
„ bemus Abbatem & monachos confabulari cum Lai-
„ cis in clauſtro, & ſi opportet Abbatem vel mona-
„ chum loqui cum Laico, exeat Abbas vel monachus
„ de licentia Abbatis vel Prioris vel vice tenentis Prio-
„ ris. Item quolibet anno faciat Abbas unum Maſſa-
„ rium vel duos, qui recipiant omnes reditus & in-
„ troitus domus, qui de conſcilio Abbatis miniſtret ne-
„ ceſſaria monacis & converſis & aliis, & quolibet
„ menſe faciant rationem in capitulo introitus & ex-
„ penſarum. Item mulieres non hoſpitentur, ut jaceant
„ in Monaſterio, nec infra ſepta Monaſterij. Item quo-
„ libet anno ſemel in quadrageſima majori & ſemel in
„ quadrageſima ante Nativitatem Domini confiteantur
„ Monaci peccata ſua Abbati vel alicui Sacerdoti de li-
„ centia Abbatis. Abbas autem confiteantur Domino

„ Epi-

Digitized by Google

„ Episcopo vel alicui Sacerdoti, quem sibi eligerit. „ Item Monaci pro offensis vel culpis proclamentur in „ capitulo & juxta modum culpe sit modus pene. Item „ si quis contumax & inobediens fuerit procedatur con- „ tra eum sicut continetur in regula. Item precipimus „ Abbati in virtute Spiritus Sancti ne relaxet prescri- „ ptas penas transgressoribus prescripte ordinationis, nisi „ rationabilis, & manifesta causa dispensationis appa- „ reat. Et omnia supradicta nos Ottobellus Laudensis „ Episcopus auctoritate Domini Pape & nostra statui- „ mus & precipimus firmiter observari sicut superius „ scripta & determinata.

„ Ego Guidottus Fabarius Pallacij Notarius pre- „ dicte Inquisitioni & omnibus predictis interfui & ro- „ gatus inde hanc cartam feci & scripsi.

V.

„ Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo „ quinto Indictione nona die lune tertio decimo Kalen- „ das Decembris Placentie in capitulo duodecim apo- „ stolorum coram Salando ministro domus humiliatorum „ de Florentia, Symono terono, Johanne de Ardengo „ testibus rogatis dominus O. prepositus ecclesie om- „ nium Sanctorum de Fossadolto diocesis Laudensis ex „ parte domini pape obtulit & dedit domino G. pre- „ posito suprascripte domus duodecim apostolorum dio- „ cesis placentine & ipse benigne recepit litteras sigil- „ latas sigillo plumbi illeso, que erant huius tenoris. „ *Gregorius episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio . . .* „ *Preposito duodecim apostolorum Placentino salutem & aposto-*

„ *licam*

Digitized by Google

„ *licam benedictionem. Prepositus ecclesie omnium Sanctorum*
„ *nobis exposuit conquerendo quod Ubertus Gabarius & Zilius*
„ *mandorius, & quidam alii Civitatis & diocesis Laudensis*
„ *super decimis & rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque di-*
„ *scretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus par-*
„ *tibus convocatis audiatis causam & appellatione remota de-*
„ *bito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ec-*
„ *clesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint no-*
„ *minati si se gratia odio vel timore subtraxerint, per cen-*
„ *suram eamdem, cessante appellacione, compellas veritati te-*
„ *stimonium perhibere. Datum Laterani X. Kalendas Februarii*
„ *Pontificatus nostri anno quarto.*

„ Ego Otto de Dertona notarius suprascripte da-
„ cioni predictarum litterarum interfui & rogatus scri-
„ psi.

V I.

„ Anno Dominice Incarnationis millesimo ducen-
„ tesimo quadragesimo Indictione quartadecima die octa-
„ vo intrante Februario Cremone, presentibus Domnis
„ Inverando abbate omnium Sanctorum Cremone, &
„ magistro Anselmo de sancto mattheo, & magistro
„ Opprando de Insola, & Domno Prelanfranco de
„ sancto Nazario de Liviraca testibus rogatis Domni
„ dom Rusticus, & Don Petrus, & Don Johannes
„ monaci monasterii Sancti viti Laudensis Diocesis vo-
„ luerunt, & statuerunt, & ordinaverunt inter se quod
„ duo ex eis deberent eligere abbatem in dicto mona-
„ sterio aliquem de gremio ipsius monasterii, quia pri-
„ ma forma electionis non poterat servari, quod debe-
„ rent inquiri vota singulorum, & scribi, & quod is
„ eli-

Digitized by Google

„ eligeretur, in quem major pars conviniret & quod „ iſtud deberet fieri per me Girardum Patitum nota„ rium, eo quod non poſſet fieri per tres de collegio, „ cum pauci ſint, & quod deberent publicari vota in „ communi. Ibique don Petrus & ſupraſcriptus mona„ cus ſupraſcripti monaſterii, cum tractaretur de ele„ ctione ſive poſtulatione facienda de aliqua oneſta„ perſona in Abbatem Monaſterii Sancti Viti Lauden„ ſis Dioceſis, dixit quod volebat Domnum Ruſticum „ monachum ipſius monaſterii. Don Johannes ſupraſcri„ ptus monacus ſupraſcripti monaſterii Sancti Viti Lau„ denſis Dioceſis dixit quod volebat Domnum Ruſticum „ monacum ipſius monaſterii in abbatem ipſius mona„ ſterii. Donnus Ruſticus dixit quod volebat illum qui „ placebat donno Petro & don Johanni ſupraſcriptis „ in abbatem ipſius monaſterii ſive de gremio ipſius „ monaſterii ſive alliunde (1).

„ Ego Girardus Patitus Imperatoris Henrici nota„ rius interfui, & rogatus ſcripſi.

„ Ego Ubertus de Overgnaca ſacri (palatii) no„ tarius & miſſus Domni Friderici Rome Imperatoris „ autenticum hujus exempli vidi, & legi, & ſic in„ eo continebatur ut in hoc legitur exemplo preter lit„ teras plus minuſve & iuſſu Domni Ottobelli Dei „ gratia laudenſis epiſcopi me ſubſcripſi.

„ Ego

(1) *Ut hoc moneam, quod ad hiſtoriam pertinet hujus Monaſterii, in aliis Laudenſis Epiſcopalis tabularii monumentis reperi a.* 1187. *menſe Junii Andream, anno vero* 1222. *menſe decembri Dominum Petrum de Batonis fuiſſe ejuſdem Coenobii Abbatem.*

Digitized by Google

„ Ego Egidius de Bontempo Pallatinus notarius
„ autenticum hujus exempli vidi, & legi & ſicut in
„ eo continebatur, ut in hoc legitur exemplo preter
„ litteras plus minuſve & hoc exemplum juſſu Domni
„ Ottobelli Laudenſis Epiſcopi exemplavi, & me ſcri-
„ pſi.

VII.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo. Die
„ dominico duodecimo die exeunte menſe Octubris In-
„ dicione quintadecima. Cum Andriolus Baxalupus pe-
„ teret a Domino Ottobello Dei gratia Laudenſi Epi-
„ ſcopo, ut confirmaret eleccionem factam de Dun Ru-
„ ſtigo Baxalupo Fratre ſuo in Abbatem Moniſterij San-
„ cti Vitti de (ſic) Laudenſi. Reſpondit idem Domi-
„ nus Epiſcopus, quod dies preſens non erat dies con-
„ veniens, quia erat dies Dominica, ad perficiendum
„ talem negocium, & quia non erat preſens principa-
„ lis perſona, nec idoneus procurator ipſius; ſet para-
„ tus erat idem Dominus Epiſcopus, ſicut ipſe dixit,
„ procedere cras vel poſt cras, & eciam poſt aliud cras
„ in Caſtro de Caſtillione, & uſque ad diem mercurij
„ in Civitate Laude ſuper examinacione dicte elecio-
„ nis incoata, Confirmando vel infirmando ipſam elec-
„ cionem. Et inſuper idem Dominus Epiſcopus prece-
„ pit, ſicut potuit, peremptorie eidem Andriolo Fratri
„ dicti Electi, Ut in aliquo predictorum terminorum
„ faceret venire fratrem ſuum predictum electum coram
„ eo pro dicto negocio perficiendo; Alioquin procede-
„ ret ſuper eodem negocio, ſicut foret procedendum,

„ Actum

„ Actum in Caſtro de Caſtellione ſuper Loblum Pal-
„ lacij predicti Domini Epiſcopi. Affuerunt ibi Arde-
„ ricus Manegoldus, & Baxianus de Amizone, & Gui-
„ lielmus Barberius, Petrus Morellus Servitor Laude
„ rogati teſtes.

„ Ego Ubertus de Overſgnaca notarius ſacri (ſic)
„ rogatus & miſſus Domini Federici Divina gratia Ro-
„ me Imperatoris hanc cartam tradidi & ſcripſi.

VIII.

„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chri-
„ ſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo die
„ mercurij ſexto die exeunte Junio indicione quintade-
„ cima. In Pallatio Epiſcopatus Laude preſentibus Pre-
„ sbitero Arialdo Caſtellano, & Alberto Cantarello,
„ & Arnoldo Fotoiano teſtibus rogatis. Cum Johannes
„ Patonus, qui dicitur Mojacca, qui dicebatur eſſe
„ Monacus ſeu Frater Monaſterij Sancti Viti, eſſet in
„ preſencia Domini Ottobelli Dei gratia Laudenſis Epi-
„ ſcopi citatus ab eo, & reduxiſſet ad memoriam ei,
„ quod ipſe juraverat ſtare mandatis ipſius Domini Epi-
„ ſcopi ſuper moleſtacione predicti monaſterij. Dixit
„ idem dominus Epiſcopus quod ipſe intellexerat, quod
„ poſtea moleſtaverat, & moleſtabat predictum mona-
„ ſterium auferendo eciam Blavam vel alia; quod ipſe
„ negavit. Set tamen bene confeſſus eſt quod porta-
„ verat nunc litteras ex parte illorum de Comazo ad
„ poteſtatem Laudenſem, ſive Judici ejus, quae meri-
„ to poterat haberi ſuſpectus. Unde idem Dominus
„ Epiſcopus precepit ei, ne de cetero intromitteret ſe

„ de

Digitized by Google

„ de rebus predicti monasterij sine licentia dicti Do-
„ mini Episcopi, alioquin excommunicabat eum dicens
„ ex nunc excommunico te si contra veneris.

„ Ego Jacobus Caratellus Pallatius (sic) notarius
„ hiis interfui rogatus hanc cartam ac jussu predicti
„ Domini Episcopi scripsi.

Porro Othobellus a. 1243. non quod scribit Ughellus 1242. decessit. Certe ad XI. Junii ejus anni 1243. vidi Othobelli istius monumenta.

XL. BONIOHANNES Fissiraga Laudensis, post decem ipsos annos Patriae Episcopus adlectus est 1252. Id habetur in diplomate Innocentii IV. ex Reg. Vaticano desumpto fol. 124. epist. 83. anno 9.

Capitulo & universo Clero civitatis & Dioecesis Lauden.

„ Licet continuata supervenientium negotiorum in-
„ stantia nostrum animum, qui disponente Domi-
„ no universali regimini quamvis immeriti praesidemus,
„ insultibus imperii successivis, solicitudo tamen om-
„ nium Ecclesiarum nostris incumbens humeris tanto
„ arctius nos quotidiana meditatione perurget, quanto
„ ad id sumus ex iniuncto nobis Apostolatus officio spe-
„ cialius, immo principalius deputati. Cum igitur du-
„ dum felicis recordationis G. Papa praedecessor noster
„ civitatem Laudensem pro eo quod ipsius commune
„ quondam F. olim Rom. Imperatori excommunicationis
„ vinculo innodato pertinaciter adhaerentes committe-
„ bant circa Clericos & personas religiosas, ut tacea-
„ mus

„ mus de combuſtione cuiuſdam Fratris Ordinis Mino-
„ rum, exceſſus deteſtabiles, & penitus inauditos, de-
„ liberatione provida, Epiſcopali privaverit dignitate.
„ Noſque attendentes, quod ipſi ad majoris Eccleſiae
„ ſinum ex animo, cum illos, qui ſui circa praedicta
„ fuerant cauſa caſus, tanquam facinoroſos ab eadem
„ civitate edicto perpetuo eiecerunt redijſſe noſcuntur,
„ quodque civitas ipſa Beati Baſſiani corpore quieſcen-
„ te ibidem innumeris & praeclaris miraculis iugiter
„ illuſtratur, ac volentes ob ipſius honorem, & eiuſ-
„ dem communis devotionem, quam charam & acce-
„ ptam habemus, eandem civitatem quaſi de novo Pon-
„ tificali titulo inſignire, ipſam de fratrum noſtrorum
„ conſilio ad Epiſcopalem auctoritate Apoſtolica reſti-
„ tuimus dignitatem, dilectum filium Bonum Joannem
„ Laudenſem electum de dictorum fratrum noſtrorum
„ conſilio conceſſimus Lauden. Eccleſiae in Paſtorem
„ plena ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus ipſius am-
„ miniſtratione, ac cura bonorum omnium, quae olim
„ Epiſcopatus, & eiuſdem Lauden. Eccleſiae fuere,
„ conceſſis conſiſi, de ipſius circumſpectionis provident-
„ tia, & induſtriae ſtudio, & cautelae quod circa cu-
„ ram & profectum ipſius ſic ſtudebit ſe vigilem ſtu-
„ dioſum & ſolicitum exhibere, quod ſibi ad gloriam
„ & honorem, vobis autem ad gaudium, & eidem
„ Eccleſiae ad optatum cedat commodum, & profectum.
„ Rogamus itaque univerſitatem veſtram & hortamur
„ attente mandantes, quatenus praefatum electum ad
„ ſupradictam Eccleſiam cum noſtrae benedictionis gra-
„ tia procedentem devote & hilariter admittentes, &

„ tra-

Digitized by Google

„ tractantes honeste ei obedientiam, & reverentiam de-
„ bitam impendatis, studentes ei tamquam Patri, &
„ pastori animarum obsequi diligentia vigilanti, ut mu-
„ tuae charitatis studio vobis & ei quae sunt prospe-
„ ritatis adveniant, & salutis; alioquin sententiam,
„ quam idem rite &c.

„ Dat. Perusij 5. Id. Jan. an. 9.

Tuta ipsi dignitate Episcopali, solemni pompa Laudem Pompeiam ingressus est die 7. mensis Aprilis eiusdem anni. Illius temporibus Antonius Fissiraga Laudis Pompeiae Rector, Ecclesiam, monasteriumque Franciscanum aedificavit, in quo Boniohannes decedens tumulatus est 1289. octavo Id. Oct.

ADDITIONES.

Servat Episcopale Archivum chartam Kalendis Aprilis a. 1252. datam, in qua Bonjohannes *electus* dicitur. Eodem anno litteris Innocentii IV. datis pridie Kalendas Septembris delata Bonjohanni provincia est, ut cum Leone Perego Archiepiscopo Mediolanensi, & Praeposito Basilicae Apostolorum de vita, rebusque a praeclarissimo Martyre Petro Veronensi Dominicano gestis cognosceret; qua de re Saxius in Mediolan. Antistitum historia p. 700. Anno autem MCCLXXVII. concilio Provinciali interfuit, quod Otto Vicecomes Mediolani coegit, ut videre est *T. VIII. Rer. Italic.* Porro quod ad diem eius emortualem ab Ughellio, ac tabula Episcoporum Laudensium ut recedam, facit epigraphe, quae circa illius effigiem muro adpictam legitur.

BON. IOANNES. FISSIRAGA EPISCOPVS LAVDENSIS OBIIT DIE VIII. NOV. AN. MCCLXXXIX.

Quo tempore Bonjohannes Laudensi Ecclesiae praerat Raymundus Aquilejensis Patriarcha anno 1279. Laudem Pompejam petiit, ibique Cardinalis Latini salubertrimas pro Cleri, Laicorumque disciplina instauranda Constitutiones ad Vicentinum Episcopum misit palam edendas. Nos epistolas, quam ad Vicentinum Antistitem Raymundus dedit, constitutionumque Latini exemplar anno ipso 1279. perscriptum nacti operae pretium existimamus cum nostris adnotationibus heic divulgare.

„ Raymundus Dei gratia Sancte Aquilegensis Se„ dis Patriarcha (1) Venerabili fratri .... Episcopo „ Vicentino (2) salutem in Domino. Noveritis nos „ Reverendi patris & domini Latini Dei gratia Ostien„ sis & Velletrensis Episcopi Apostolice Sedis Legati „ (3) recepisse licteras sub hac forma. Venerabili in „ Chri

(1) *Est is Raymundus Turrianus Mediolanensis, quem a* 1273. *Gregorius X. Aquilejensi Ecclesiae praefecit.*

(2) *Bernardo de Nicellis.*

(3) *Fr. Latinus cognomine* Malabranca, *quem & de* Frangipanis, *& Ursinium appellatum legimus. Patrem habuit ex gente Malabranca; matrem vero Sororem Johannis Ursini Tit. Sancti Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis. Hic Pontifex deinde renunciatus, Nicolai III. adscito nomine Latinum, qui Praedicatorum Ordini se se addixerat, sacra purpura decoravit, & Ostiensem ac Velitrensem Antistitem dixit. Porro Latinus Bononiae, inquietata familia, Florentiae quoque & in Etruria Legati Sedis Apostolicae munere functus est;*

„ Christo patri . . . . Dei gratia Patriarche Aquilegen-
„ sis. Frater Latinus permissione divina Ostiensis &
„ Velletrensis Episcopus Apostolice Sedis Legatus salu-
„ tem in Domino. Ad honestatem Cleri, animarum
„ salutem, & utilitatem ecclesiarum, ac monasteriorum
„ nostre legationis quasdam nuper constitutiones edidi-
„ mus, quas vobis sub sigillo nostro duximus destinan-
„ das Paternitati vestre, qua fungimur, auctoritate di-
„ stricte precipiendo mandantes, quatenus ipsas in ci-
„ vitate Aquilegensi, vel alio loco sollempni vestre
„ diocesis congregato clero per vos vel per vestrum vi-
„ carium infra unum mensem a receptione presentium
„ publicare curetis, transmittatis eidem infra eundem
„ terminum omnibus Episcopis, vel eorum Vicem ge-
„ rentibus vestre provincie, eisque tam vestra aucto-
„ ritate, quam nostra precipientes, ut ipsas in suis ci-
„ vitatibus, aut Diocesibus congregato similiter clero
„ infra similem terminum propter mandatum vestrum
„ studeant publicare. Nihilominus in primis Synodis,
„ quas vos & Episcopos celebrare contigerit, publicari
„ easdem sollempniter faciatis. Ita quod earum noticia
„ ad omnes, quos tangit, valeat pervenire. Insuper
„ operam detis, ut constitutiones ipse, postquam pu-
„ blicate fuerint, diligentius observentur. Si quos vero
„ ex predictis prelatis circa hec inveneritis negligentes,
„ eos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione

„ post-

De eo plura invenies apud Quetifium, & Echardium in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Praedicatorum, Ciacconium, Eggium Purpurae Doctae T. 1. p. 223. *Fabriciam in* Bibl. Med. & Inf. Latin. lib. XI. p. 246. edit. Patav.

Digitized by Google

„ poſtpoſita, compellatis, mandatum noſtrum taliter „ impleturi, quod diligentiam veſtram exinde valeamus „ in domino commendare.

I.

Contra invaſores Eccleſiarum (4).

„ PReteriti malitia temporis uſgue adeo in quibuſdam „ partibus noſtre legationis invaluiſſe dignoſcitur „ ut

(4) *In MS. Codice Collegii noſtri Mutinenſis, qui Ravennatenſia Concilia, aliaque id genus ad Mutinenſis Eccleſiae diſciplinam pertinentia complectitur, exſtant etiam Latini Cardinalis Conſtitutiones iſtae ſed alio omnino ordine, tituliſqu diverſis. Prima eſt* de monaſteriis viſitandis, *quae heic ſecundo loco legitur inſcripta* de viſitatione monaſteriorum. *Sequitur heic omiſſa Conſtitutio* de Honeſtate Clericorum, *quam propterea ex Codice noſtro exhibebo.*

De Honeſtate Clericorum.

„ *Semper & ubique convenit Clericos divino miniſterio* „ *mancipatos in omni ſua converſatione praetendere honeſtatem;* „ *maxime decet tamen, ut illis in locis eorum honeſtas re-* „ *fulgeat, in quibus plurium gentes confluunt nationum, ubi* „ *nimirum pluribus & ordinata converſatio prebet aedificatio-* „ *nis exemplum, & diſſoluta poteſt ſcandalum generare. Cum* „ *igitur in Civitate Bononienſi antiquum & celebre ſtudium* „ *vigeat, cuius cauſa diverſarum in ea gentium & clerici &* „ *laici commorantur, non immerito tamen aſpectus offenditur,*

Digitized by Google

„ ut non ſolum plerique clerici ſine iuſto, verum etiam

„ qui-

„ cum plures in eâ clericos in habitu minus honeſto incedere
„ videamus. Nonnulli enim contra Generalis ſtatuta Concilij
„ tonſuram & coronam congruentem non habent, nec clauſa
„ deferunt deſuper indumenta. Sed. aliqui ridiculoſo more pa-
„ liola de cendato poſt tergum dependentia deferunt, vel ma-
„ nibus geſtant, quae nec figuram honeſtae clamidis nec al-
„ terius habent ſimilitudinem veſtimenti. Alia quoque veſti-
„ menta quorumdam nimia brevitate notanda apparent. Nos
„ igitur clericalis ordinis honeſtati providere volentes ordina-
„ mus, atque ſtatuimus, ut omnes clerici occaſione ſtudij ſeu
„ beneficii aut qualibet alia cauſa Bononiae commorantes, qui
„ vel in ſacris ordinibus conſtituti, vel eccleſiaſtica beneficia
„ ſunt adepti, quando ad ſcolam vel eccleſiam aut alias per
„ civitatem proceſſerint omnino clauſis deſuper indumentis utan-
„ tur, Cappas videlicet clauſas aut manicatas aut etiam ta-
„ bardos prout ſibi quiſque congruere viderit delaturi. Eos
„ vero, clamides quibus deferre placuerit, minime prohibemus,
„ dummodo ſint vel clamides, quae videlicet utrumque operiant
„ humerum & hinc inde partes corporis anteriores attingant.
„ Palia vero de cendato vel quolibet ſerico panno clerici ſu-
„ pradicti per Civitatem non deferant, cum hactenus eorum
„ uſus devenerit in abuſum. Si quis ergo deinceps hac noſtra
„ conſtitutione contempta tum ejuſmodi paliis aut ſive cappis,
„ vel tabardis aut clamidibus memoratis per civitatem proce-
„ dere in conſuetudinem duxerint, eos non ſolum privilegio-
„ rum omnium ſcolaribus in predicta civitate ſtudentibus con-
„ ceſſorum volumus immunitate carere; ſed inſuper donec ad
„ arbitrium Bononienſis Epiſcopi vel rectorum Univerſitatis Sco-
„ larium convenienter ſe correxerint in praedictis, in nulla

Digitized by Google

„ quidam laici sine ullo titulo, quam plures ecclesias „ &

„ civili causa coram ecclesiastico vel seculari Judice, si vo„ luerint agere contra quoslibet, audiantur. Illis clericis dum„ taxat exceptis, quos ne habere valeant vestimenta praedi„ cta, paupertas excusat. Praedictam quoque poenam incur„ rere volumus clericos, qui aut capillos nimium longos aut „ coronam permodicam, seu brevia nimis consueverint vesti„ menta deferre, si per praedictos Episcopum aut Rectores se„ cundo commoniti se se neglexerint emendare.

Hactenus Constitutio. Mirari autem subit, quei factum sit, ut heic ea sanctio praetermitteretur. Nam Raymundus ipse in Synodo Aquilejensi a. 1282. *apud P. de Rubeis in* Monum. Eccl. Aquilej. col. 783. *eam indicat sub titulo* de vita & honestate Clericorum *his verbis*: volumus & mandamus, Sanctorum Patrum Canones, nec non Constitutiones tam per ipsos, quam per Reverendum Patrem & D. Fratrem Latinum Ostiensem, & Veletrensem Episcopum, tunc Apostolicae Sedis Legatum *super vita & honestate Clericorum* editas, in Aquilegensi Civitate, Dioceſi, & Provincia in omnibus obſervari. *Redeo ad Codicem Mutinensem. Tertia Constitutio praenotatur* de occupatione Ecclesiarum libere relaxanda, *quae prima est in Laudensi exemplo.*

Adtexitur quarta de Clericis concubinariis, *heic tertia. Heinc quinctam habemus* de Poenitentiariis ab Episcopis habendis, *seu quartam Laudensis apographi. Sexta est* de honestate mulierum, *item sexta in Laudensi exemplo. Tandem* de indulgentiis *concedendis, quae quincta est in Laudensi apographo, constitutio exhibetur.*

Ceterum quae heic prima exstat Constitutio, uti & ter-

Digitized by Google

„ & earum jura occupare presumpserint & eas (5) . . . .
„ . . . . aliarumque plurium animarum periculum deti-
„ nere presumant. Nos igitur huic letali morbo cupien-
„ tes opportuni remedii medelam apponere monemus
„ omnes clericos, & laicos nostre legationis, eisque
„ in virtute obedientie sub interminatione divini judi-
„ cii (6) . . . . . auctoritate districte precipimus, qua-
„ tenus Clerici qui ecclesias quaslibet propria temerita-
„ te invadere, occupare vel absque institutione cano-
„ nica recipere presumpserunt, & eas taliter occupa-

„ tas,

tia ab Johanne S. Theodori Diacono Cardinali Apostolicae Sedis in Partibus Tusciae Legato in suis Constitutionibus Provincialibus verbatim recitatur. Quamobrem nullus amplius locus erit dubio, quod Cl. P. Manfio T. III. Suppl. ad Conc. Veneto-Labbi col. 425. subortum videmus. An, *inquit ille*, Constitutiones illae F. Latini Hostiensis Episcopi, quas innovat & servandas edicit (*a.* 1282.) *Raimundus* Aquilejensis Patriarcha cum nostris hisce (*Johannis Cardinalis*) confundendae sint, vel distinguendae, ignoro; vix tamen credo statuta a Latino sancita pro Aquilejensi Patriarchatu in Etruriam perveniſſe, ibique legis vim obtinuisse. Multo pronius est credamus, suas dedisse Constitutiones peculiares pro utraque provincia. *Sed perspectum nunc habemus non solum pro utraque illa provincia, verum etiam pro Ravennatensi, eique subjectis Ecclesiis easdem plane Constitutiones Latinum edidisse. Ex Codice Mutinensi deinceps varias lectiones dabimus, & Laudensis apographi lacunas supplebimus.*

(5) *in suarum* Cod. Mut.
(6) *qua fungimur* Cod. Mut.

Digitized by Google

„ tas, ſive receptas detenire non metuunt (7) Laici „ vero qui (8) . . . . . eccleſias detinent ſive eis per „ clericos faciant deſerviri, ſive ipſas debito teneant „ obſequio defraudatas eccleſias ipſas cum omnibus bo- „ nis mobilibus, & immobilibus, ac juribus quomodo „ pertinentibus ad eaſdem infra unum menſem a publi- „ catione (9) civitate, ac diſtrictu Bononie, in aliis „ vero civitatibus, & dioceſibus infra (10) ſimilem „ terminum ex quo in eis preſens (11) fuerit publi- „ cata libere & abſolute dimittant, ut ipſis eccleſiis „ per illos ad quos de jure in eiſdem electio, vel col- „ latio, aut pre (12) . . . pertinent, de perſonis ydo- „ neis valeat provideri. Et proviſionem (13) hujuſ- „ modi ipſi, qui eaſdem eccleſias tenuerunt (14) nul- „ lo modo publico, vel occulto per ſe, vel per alios „ impedire preſumant. Si qui vero clerici, aut laici ex „ predictis hoc noſtrum tam (15) . . . . . preceptum „ infra predictum terminum adimplere contempſerint „ aut proviſionem eccleſiarum hujuſmodi, quo minus „ infra unum menſem, ex quo ipſi eas dimiſerint, li- „ bere fieri valeat, quo quomodo preſumpſerint impe- „ dire.

(7) *metuerint*. Id. Cod.
(8) *quocumque modo*. Id. Cod.
(9) *praeſentis in* Id. Cod.
(10) *juxta* Id. Cod.
(11) *conſtitucio* Id. Cod.
(12) *preſentatio, ſeu proviſio* Id. Cod.
(13) *Et facta proviſione hujuſmodi* Id. Cod.
(14) *tenuerint* Id. Cod.
(15) *ſalutare* Id. Cod.

Digitized by Google

„ dire. Clericos non ſolum predictis eccleſiis verum „ omnibus (16) .... eccleſiaſticis, que infra noſtre „ legationis terminos obtinent, omnino privamus & „ inhabiles reddimus ad alia beneficia infra eoſdem ter- „ minos obtinenda; Laicos autem ſi ſunt poteſtates, „ aut judices, aut Notarii, ſeu Domini legum, aut „ quolibet alio publico funguntur officio, hujuſmodi „ officiis volumus eſſe privatos, eoſque inhabiles red- „ dimus ad hec vel ſimilia deinceps in loco quolibet „ exercenda. Inſuper ipſos excommunicationis vinculo „ innodamus, a qua nonniſi per apoſtolicam ſedem, „ vel legatum de latere domni Pape miſſum abſolutio- „ nis beneficium valeant obtinere. Et niſi ante neceſ- „ ſitates ultimas ſibi de hujuſmodi abſolutione provide- „ rint, quamvis in mortis articulo non ſit eis, ſi pe- „ nituerint, abſolutio, & communio deneganda, ta- „ men eccleſiaſtica careant ſepultura, donec eccleſie „ occupate aut detente per eos libere ut predictum eſt, „ fuerint abſolute dimiſſe, ac de fructibus earumdem „ ad mandatum ordinarii vel ejus vicarii ſit integre ſa- „ tisfactum. Omneſque (17) Religioſos & clericos ſe- „ culares qui tales ſcienter ad ſepulturam receperint, „ per unum annum ab officio & beneficio decernimus „ eſſe ſuſpenſos. Omnibus autem prelatis, ad quos de „ iure predictarum eccleſiarum collatio, ſeu proviſio „ pertinet, ſub excommunicationis pena diſtricte pre- „ cipimus, ut eiſdem humano timore poſtpoſito de per- „ ſonis ydoneis providere non differant, invocato ad „ hoc

(16) *beneficiis* Id. Cod.
(17) *ſane omnes Religioſos* Id. Cod.

Digitized by Google

„ hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, ad quod „ exhibendum potestates & rectores aliós civitatum, „ aliorumque locorum per censuram ecclesiasticam com- „ pellere studeant, si fuerit opportunum.

LI.

De Visitatione Monasteriorum.

„ QUia pleraque (18) monasteria infra nostre le- „ gationis terminos in spiritualibus, & tempo- „ ralibus miserabiliter sunt collapsa, & ad gra- „ viores lapsus videntur male disposita, nisi cadentibus „ succurratur. Omnibus episcopis & superioribus pre- „ latis nostre legationis districte precipimus, ut singu- „ (19) eorum omnia monasteria monachorum, alio- „ rumque regularium sibi immediate subiecta infra sex „ menses, ex quo presens mandatum nostrum ad ipsos „ pervenerit, per se ipsos aut si ex causa non possint, „ per alios viros ydoneos studeant visitare. Corrigen- „ tes & reformantes in eis tam in capite quam in mem- „ bris tam sua auctoritate quam nostra, in quantum „ cum adiutorio divine gratie facultas affuerit, que cor- „ rectione, & reformatione invenerint indigere. Hanc „ autem visitationem dicti prelati infra unum mensem „ post certam presentis mandati notitiam inchoare non „ differant, ut ipsis instantia sedula prosequturis cele- „ riter inchoandam infra predictos sex menses hujusce-

„ modi

(18) *plerumque* Id. Cod.
(19) *singulis* Id. Cod.

Digitized by Google

„ modi visitatio valeat terminari. Si quis autem Epi-
„ scopus vel prelatus superior presens mandatum sive
„ quantum ad inchoationem sive quantum ad prosecu-
„ tionem implere neglexerit, eum donec negligentiam
„ suam contraria diligentia convenienter emendet, visi-
„ tationem predictam inchoando, si non inchoaverit
„ aut prosequendo si neglexerit prosequi, ab executio-
„ ne pontificalis officii volumus esse suspensum.

III.

Contra clericos concubinarios.

„ QUamvis concubinarios clericos sacri canones se-
„ veritate multiplici prosequantur, quia tamen
„ plerique timore Dei (20) postposito in hujus
„ turpitudine vicij non solum occulte sed etiam publi-
„ ce inveniuntur offendere, nos eorum impudentiam
„ opportuna districtione confundere ac reprimere cu-
„ pientes monemus clericos omnes (21) nostre lega-
„ tionis, qui vel sacrum ordinem, vel ecclesiasticum
„ beneficium sunt adepti, seu adipiscentur in poste-
„ rum, ut nullus eorum concubinam seu focariam pu-
„ blice tenere presumat. Et qui suadente diabolo de-
„ tinent, infra octo dies, ex quo presentem constitu-
„ tionem in civitate aut diocesi publicatam esse cogno-
„ verint; eas a se prorsus abiiciant nunquam de ce-
„ tero recepturi. Si qui vero ex predictis clericis con-
„ cubi-

(20) *Dei timore* Id. Cod.
(21) *omnes Clericos* Id. Cod.

Digitized by Google

„ cubinam, ſeu focariam publice ac manifeſte ſive in
„ domibus eccleſiarum ſive alibi per duos menſes poſt
„ terminum ſupradictum non erubuerint retinere, be-
„ neficiis eccleſiaſticis, que infra noſtre legationis ter-
„ minos obtinent, ipſo facto noverint ſe privatos. Epi-
„ ſcopis autem & ſuperioribus prelatis, ad quos bene-
„ ficiorum, qui taliter delinquentium fuerant, collatio
„ ſeu proviſio pertinet conferendi ea ſeu providendi de
„ ipſis liberam concedimus poteſtatem. Aliis vero (22),
„ ad quos electio, ſeu preſentatio ad beneficia eadem,
„ vel eorum proviſio ſpectare dignoſcitur, liceat eligere,
„ ſeu preſentare ad illa vel eciam providere de il-
„ lis, ex quo per epiſcopos predicti clerici preſentis
„ conſtitutionis penam denunciati fuerint incurriſſe, ut
„ ſic eos qui dampna ſpiritualia parvi pendunt, tem-
„ poralis ſaltem jactura coerceat a peccato.

IV.

De penitentiis.

„ QUia penitentes gravioribus oppreſſos criminibus,
„ aut excommunicationum ſententiis innodatos,
„ inferiores presbiteri ad ſuperiores prelatos de-
„ bent remittere abſolvendos, ſtatuimus, ut ſinguli
„ epiſcopi & ſuperiores prelati noſtre Legationis unum
„ vel plures proprios penitentiarios habeant religioſos
„ vel etiam ſeculares diſcretione provido, converſatio-
„ ne probatos, qui penitentes, quos interdum ipſi pre-
„ lati

(22) *allis* Id. Cod.

Digitized by Google

„ lati audire non poſſunt, eorum vice audiant & ab-
„ ſolvant, vel cum opportunum fuerit ad Apoſtolicam
„ Sedem remittant. Hujuſmodi vero graviores caſus,
„ in quibus ad ipſos prelatos remitti debent (23) pe-
„ nitentes, ipſi prelati determinare in ſuis ſinodis ſtu-
„ deant, ut eos inferiores presbiteri de cetero non igno-
„ rent.

V.

De indulgentiis.

„ CUm valde deceat ut diſpenſator Domini ſit fide-
„ lis & prudens mirari cogimur, quia nonnulli
„ eccleſiarum prelati in concedendis indulgentiis non
„ tam liberales quam prodigi theſaurum dominicum ſue
„ diſpenſationi commiſſum non tam diſtribuunt quam
„ effundunt. Nam prefixam ſibi (24) a ſacris canoni-
„ bus regulam excedentes largiores quam eis conceſſum
„ eſt indulgentias largiuntur, & hoc non ſolum in
„ ſue juriſdictionis eccleſiis, ſet etiam in alienis non
„ ſolum preſentes, ſed etiam abſentes attemptant (25).
„ Hinc ſequitur fidelium indigna deceptio, dum ſe in-
„ dulgentias conſequi extimant, quas aliquando minime
„ conſecuuntur. Hinc eciam fit, ut indulgentie diſpen-
„ ſatorum prudentium provida moderatione conceſſe
„ ignoranti vulgo veniant in contemptum. Unde di-
„ ſpenſatores ipſi ſollicite videant, qualem diſpenſatio-
„ nis

(23) *debeant* Id. Cod.
(24) *prefixam in* Id. Cod.
(25) *exercent* Id. Cod.

Digitized by Google

„ nis hujuſmodi domino debeant reddere (26) ratio-
„ nem. Nos autem cupientes & diſpenſatoribus ipſis
„ & familie domini providere prelatis omnibus noſtre
„ legationis preſenti conſtitutione precipimus, quod in
„ concedendis indulgentiis modum determinatum per
„ conſtitutionem felicis recordationis Innocentii pape
„ tertii editam in concilio generali nequaquam exce-
„ dant, ut videlicet cum dedicatur (27) Baſilica non
„ extendatur indulgentia ultra annum ſive ab uno ſive
„ pluribus Epiſcopis dedicetur. Ac demum anniverſa-
„ rio dedicationis tempore (28) quadraginta dies in-
„ dulta remiſſio non excedat. Hunc quoque quadrage-
„ narium numerum in indulgentiis, que ad eccleſiarum,
„ vel pontium aut piorum operum quaslibet fabricas
„ ſeu ex aliis cauſis quibuslibet per licteras concedun-
„ tur, prelati diligenter obſervent. Prohibemus autem,
„ ut nullus patriarcha vel archiepiſcopus extra ſuam
„ provinciam, nullus epiſcopus extra ſuam dioceſim
„ quamlibet indulgentiam dare preſumat. Niſi preſens
„ in aliena eccleſia fuerit, & dioceſani epiſcopi ſeu
„ Metropolitani conſenſus accedat. Si quis vero prela-
„ tus ſupradictum numerum prefatas indulgentias con-
„ cedendo tranſcenderit, aut extra territorium ſuum in-
„ dulgentiam quamlibet in abſentiam dederit, eum per
„ unum menſem concedendi indulgentias poteſtate pri-
„ vamus.

VI.

(26) *hujuſmodi reddere debeant* Id. Cod.
(27) *dicatur* Id. Cod.
(28) *dedicati Templi* Id. Cod.

Digitized by Google

VI.

De habitu mulierum.

„ OMnipotens Deus, qui in ſuis fidelibus virtutum
„ ornamenta requirit, mulieres a corporis ornatu
„ ſuperfluo per prophetarum & Apoſtolorum ora (29)
„ quam ſedulis commonitionibus revocare, quam diris
„ increpationibus cohibere, quam horrendis (30) ....
„ nationibus deterrere ſtuduit; ex divinis ſcripturis
„ multipliciter eluceſcit. Sed quia nonnulle plus mun-
„ do quam Deo placere, ſicut earum geſtus indicat,
„ geſtientes in hac ſuperfluitate nimis impudenter ex-
„ cedunt & ſue (31).... eciam alias pertrahunt ad
„ exceſſus. Nos & earum providere ſaluti, & pecca-
„ tis plurimis, que frequenter hac de cauſa proveniunt,
„ precavere auxiliante Domino cupientes preſenti ſta-
„ tuto diſtricte precipimus, ut in civitatibus & aliis
„ locis noſtre legationis in (32).... conſtitutio per
„ epiſcopos vel eorum vicarios fuerit publicata, nulla
„ mulier ex quo duodecimum annum etatis exegerit,
„ in veſte, que ab anteriori parte aperta ſit, publice
„ per civitatem procedere vel per humum defluentia
„ veſtimenta ultra unum palmum (33) dependentem
„ ab humero clamidis plicaturam ultra duos palmos de-
„ ferre

(29) *Prophetarum & Apoſtolorum ore* Id. Cod.
(30) *comminationibus* Id. Cod.
(31) *levitatis exemplo* Id. Cod.
(32) *quibus preſens* Id. Cod.
(33) *palmum, aut* Id. Cod.

Digitized by Google

„ ferre presumat. Adicimus eciam ut mulieres nupte, „ que decimum octavum annum etatis attigerint, ex „ quo per unum annum in conjugio fuerint, omnes „ in publico capitibus velatis incedant, & nulla earum „ (34) .... versis pannis artificiose consutas in publi- „ co deferat, ut modesta verecundia & verecunda mo- „ destia que maxime fideles mulieres exornat eam quam „ interius habere debent exterius preferant castitatem. „ Eas autem que vestes predicto modo consutas (35) „ .... habere noscuntur, easdem vestes abiicere mi- „ nime cogimus. Sed ne aliqua talis mulier ejusmodi „ vestes de cetero faciendas post tempus deferat supra- „ dictum districtius inhibemus. Si qua vero Dei timo- „ re postposito & proprie honestatis cura neglecta (36) „ .... nostrum statutum observare contempserit, eam „ omnium indulgentiarum, que in ecclesiis vel predi- „ cationibus nostra vel aliorum prelatorum auctoritate „ concesse sunt hactenus seu concedentur imposterum, „ nec non omnium sacramentorum Ecclesiasticorum par- „ ticipatione privamus, & si ad penitentiam venerit „ ab hoc vel aliis peccatis nullatenus absolvatur nisi „ firmiter coram Deo, & sacerdote promiserit se pre- „ dictum statutum de cetero servaturam. Sic nimirum „ eis que mundo magis quam Deo placere quesierint „ habitus testimonium perhibebit, & que in numero „ levium feminarum non erubuerint computari non „ solum ecclesiastice discipline flagellum, sed etiam „ re-

(34) *vestes ex diversis* Id. Cod.
(35) *in presentiarum* Id. Cod.
(36) *hoc* Id. Cod.

Digitized by Google

„ reprensibilis note opprobrium sustinebunt. Demum „ si quis Sacerdos religiosus aut secularis eis que in „ premissis offenderint, ante satisfactionem condignam „ aliquod sacramentum ecclesiasticum nisi in mortis ar- „ ticulo ministrare presumpserit, ab officio & benefi- „ cio pariter per mensem unum noverit se suspensum „ & nihilominus si quis circa hoc notabiliter forte de- „ liquerit, eum potestate audiendi confessiones perpe- „ tuo decernimus esse privandum (37). Actum Bono-

„ nie

(37) *In Codice Mutinensi haec sequuntur:*

De publicatione Constitutionum praedictarum.

Lectae & publicatae fuerunt hae constitutiones in millesimo ducentesimo septuagesimo nono. Indictione septima feliciter in episcopali palatio, in Synodo clericorum civitatis mutinensis. Die VIII. exeunte octubri, praesentibus Albertino, & Marchatello notariis de binis, Martio notario de Magistris, & aliis pluribus.

Constitutio edita per Dominum Bernardum Episcopum Portuensem Apostolicae Sedis Legatum, quae modificat constitutionem OMNIPOTENS editam per Dominum Latinum.

„ *Triumphantis ecclesiae, ac militantis iudicia, sic ad* „ *invicem discrepant, quod primum semper sequatur, quae nec* „ *fallit nec fallitur veritatem; secundam autem opinionem mul-* „ *toties amplectitur, quam & fallere saepe contingit, & fal-* „ *li. Qua propter militantis ecclesiae judicium plerisque in-* „ *certitudo circa eventus sic fallitur futurorum, ut quod uti-*

Digitized by Google

„ nie II. Kalendis Octubris Pontificatus Domni Nicolai „ pape tertii anno ſecundo. Nos igitur mandatum ſu- „ pradicti Domni Legati reverenter exſequi cupientes „ fraternitati veſtre qua fungimur in hac parte aucto- „ ritate mandamus quot ſupraſcriptas Conſtitutiones „ Domni Legati in civitate Vicentina & eius Dioceſi,

„ con-

„ *liter conjectura veriſimilis, imo etiam attenta quandoque* „ *conſideratio pollicetur, non ſolum inutile, ſed etiam damno-* „ *ſum reperiri contingat, & ideo quod conſulte interdum ſta-* „ *tuitur, poſtmodum conſultius revocatur. Sane venerabilis Pa-* „ *ter Dominus Latinus Hoſtienſis epiſcopus in nonnullis Italiae* „ *partibus dudum Apoſtolicae Sedis Legatus conſiderans, Quod* „ *Omnipotens Deus in ſuis requirat fidelibus ornamenta non* „ *corporum, ſed virtutum, & quod per ſacras ſcripturas pro-* „ *phetarum & Apoſtolorum ſedulis commonitionibus, diris in-* „ *crepationibus, & horrendis comminationibus a corporis or-* „ *natu ſuperfluo prohibuit mulieres; attendens inſuper, quod* „ *nonnullae mulieres Legationis ſibi commiſſae plus quam Deo* „ *placere hominibus geſtientes, ſic ornatus ſuperfluitate ac ve-* „ *ſtium excedebant, quod ſuae levitatis exemplo ad exceſſus* „ *alias pertrahebant; pia ductus conſideratione, ut animarum* „ *occurreret periculis ſtatuendo quaedam circa ipſarum mulie-* „ *rum habitum, & ornatum per quae ſi ut deberet fieri ſer-* „ *varentur ipſae ornatus ſuperfluitatem & laſciviam evitarent,* „ *habitus honeſtatem praetenderent, & eam, quam interius* „ *deberent habere, praeferrent exterius caſtitatem, in viola-* „ *trices conſtitutionis ipſius certis poenis adjectis, nec non* „ *in ſacerdotes religioſos & etiam ſeculares, qui violatrices* „ *ipſas abſolverent, aut eis ante ſatisfactionem condignam prae-* „ *ter quam in mortis articulo aliquod ſacramentum eccleſiaſti-*

Digitized by Google

„ congregato Clero per vos vel vestrum Vicarium in-
„ fra unum mensem a receptione presentium publicare
„ curetis, facientes ut constitutiones ipse postquam pu-
„ blicate fuerint in civitate ac dioceſi vestris iuxta te-
„ norem mandati predicti Domni Legati diligentius ob-
„ ſerventur, Mandatum nostrum & ſepefati Domni Le-

„ gati

„ *cum ministrarent; Verum quia ſicut ex inculcata multorum*
„ *querela nobis innotuit propter inverecundam laſciviam, im-*
„ *pudentiam, & impudentem audaciam plurimarum ex conſti-*
„ *tutionis ipſius tranſgreſſione non ſolum violatricibus ipſis,*
„ *ſed etiam confeſſoribus earundem multa eveniunt pericula,*
„ *& multo majora, quam ante Conſtitutionem ex ſuperfluitate*
„ *ornatus & habitus provenirent, nos tantis volentes pericu-*
„ *lis obviare, conſtitutionem ipſam infraſcripto adhibito mode-*
„ *ramine approbamus; Caetera, quae in Conſtitutione ipſa*
„ *continentur, propter tam evidentia pericula reſecantes. San-*
„ *cimus igitur ut nulla mulier, ex quo aetatis ſue annum*
„ *XVI. attingit, in veſte quae ab anteriore parte ſciſſa ſit,*
„ *publice per civitatem procedere vel per humum defluentia*
„ *veſtimenta ultra unum palmum deferre praeſumat. Addicimus*
„ *etiam, ut mulieres quae XXX. aetatis ſuae annum attige-*
„ *rint, omnes in publico capitibus velatis incedant & nulla*
„ *earum veſtes ex diverſis pannis artificioſe conſutas in publi-*
„ *co deferre praeſumat. Si qua vero Dei timore poſtpoſito,*
„ *& proprie honeſtatis cura neglecta ſtatutum obſervare negle-*
„ *xerit, & ea confeſſore ſuo pro ſuae tranſgreſſionis temerita-*
„ *te talis & tanta poenitentia injungatur, quod facilitas ve-*
„ *niae ipſis delinquendi non tribuat incitamentum. Et ſi quam*
„ *notabiliter in his excedere forte contigeris, per dioceſanum*
„ *Epiſcopum a temeritate ſua per cenſuram eccleſiaſticam com-*

Digitized by Google

„ gati taliter impleturi quod non possitis merito de ne-
„ gligentia reprehendi sed de diligentia comendari. Da-
„ tum Laude secundo die intrante Novembre septima
„ indictione Pontificatus Domni Nicolai Pape tertii an-
„ no secundo.

XLI. FR. RAYMVNDVS SVMMARIPA Laudensis (de quo Fontana in Theatro p. 212. & Raggius de Viris Illustribus Ord. Praedic.) Patriae Thronum

„ *pescatur. Ceterum universos Episcopos nostrae Legationis,*
„ *aliosque Praelatos curam animarum habentes, nec non &*
„ *sacerdotes saeculares & Regulares, qui confessiones audierint*
„ *mulierum instanter requirimus & hortamur, quod per modos*
„ *praescriptos ad observantiam constitutionis ipsius operam prae-*
„ *stent, & operam efficacem, si divinam volunt effugere ul-*
„ *tionem. Sane cum ea, quae frequentius accidunt, non quae*
„ *raro, perstringere intendamus, & eas, quae frequentius &*
„ *plurium patent aspectibus, ut pote quae per civitatem discur-*
„ *rentes, & vias, sui ornatus lascivia plurimos ad lasciviam*
„ *& peccandum inducunt, per hanc nostram constitutionem a*
„ *talibus coercere; nobiliores mulieres, quae ut plurimum in*
„ *castris habitantes & villis a tam frequenti habent hominum*
„ *aspectu habitationes semotas, uxores videlicet & filias Mar-*
„ *chionum, Comitum, & Baronum, quod ipse sicut sanguinis*
„ *nobilitate praecellunt, sic morum & honestatis nobilitate*
„ *debeant praefulgere, praesentis constitutionis nolumus distri-*
„ *ctione coerceri. Quae autem de habitu Clericorum Bononiae*
„ *studentium Noster praedictus edidit Praedecessor, benigne mo-*
„ *derari volentes, quod de beneficiis statuit, ad habentes di-*
„ *gnitates vel personatus seu Parochiales Ecclesias duximus re-*
„ *stringendum.*

Digitized by Google

num aſcendit anno 1289. menſe Decembri (*a*) tanta omnium ordinum laetitia, ac ſi videretur divinitus datus: nec gratantium civium ſpes ille fefellit; ſi quidem incredibili pietate, prudentiaque Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit, atque ex ſanctimonia vitae, ac dexteritate agendi laudatus. Defunctus (*b*), apud S. Dominicum ſepulchrum accepit, cuius Eccleſiae protulerat fines, auxeratque Donarijs (*c*), ubi haec carmina inciſa leguntur.

Ortum ſumma dedit claro mihi ſtemmate Ripa
Dominicus mores, Lauda ſecunda mitram.
Raymundo Summaripa
Ord. Praedicatorum Laudenſi Epiſcopo
Aloyſius Pius eius poſtremus Mauſoleum
reſtituit & ornavit
anno MD.

ADDITIO.

(*a*) Quae ſuperſtes ſit in Epiſcopali archivo antiquior hujus Epiſcopi charta, ad annum ſpectat 1290. diemque nonum Aprilis, in eaque dicitur *Dominus Frater Raymondus confirmatus in Epiſcopum Laudenſem*. Provinciale Concilium dum Raymundus Laudenſem Eccleſiam regebat, Mediolanenſium Praeſul Otto Vicecomes jubente Nicolao IV. Pontifice celebravit a. MCCXCI. uti ex Corio Saxius memorat in Mediolan. Antiſt. hiſtoria *p.* 753. Illi autem Raymundum interfuiſſe teſtes habeo Defendentem a Laude in Tabula Epiſcoporum Laudenſium,

sium, atque in ea citatum Bestrium, quamvis hi ad annum MCCXCIII. concilium illud referant.

(b) a. 1296.

(c) Consule de Raymundo Ambrosium Taegium in monumentis Fratrum Praedicatorum, Leandrum Albertum *lib. 2. Virorum illustrium ejusdem ordinis*, & Michaelem Plodium in historia sui Ordinis.

XLII. BERNARDVS DE TALENTE Laudensis, S. Laurentii Canonicus, eandem dignitatem est assecutus anno 1296. (a) Hic census privatione mulctavit Canonicos, qui residere negligerent (b), fusisque precibus, publicoque Civium voto inundationem aquarum avertit a civitate (c) Vitam finivit circa annum domini 1307.

ADDITIO.

(a) ante diem Decembris XVII. eius anni Episcopus fuit constitutus, instrumentum enim quod chartarum ad eum spectantium antiquissimum est, eo die reperio ab eo confectum.

(b) a. 1297.

(c) a. 1300. Confer Defendentis a Laude Italicas de patria urbe dissertationes. Sunt tamen qui hoc pernegent.

XLIII. AEGIDIVM AB AQVA Sancti Laurentij Praepositum (a) Clericalis Senatus adlegit Episcopum, Archiepiscopo Mediolanensi assentiente. Mediolani interfuit, dum Henricus Septimus Imperator insignibus Augustalibus nobilitaretur (b), a quo prolixe retu-

Digitized by Google

regalis omnium privilegiorum, quae Laudensi Ecclesiae olim indulta fuerant, confirmationem (c).

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.

„ UNIVERSIS sacri Imperii Romani fidelibus praesentes litteras inspecturis gratiam suam, & omne „ bonum. Romani Imperii celsitudo consurgens antiquitus, & fundata mirifice super immobile firmamentum excellentiae praerogativa qua vigilt columnis „ meruit stabilibus stabiliri, & egregiis aedificiorum „ iuncturis, indissolubiliter adornari, inter quos (1) „ quidem illustres Principes ad totius operis machinam „ supportandam praecipue ut columnas voluit praestantiori praestantia praemunire, ut quo uberius gratiae „ privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius debeant „ obsequiose vicissitudinis celsitudini gratuite caeteris, praestare. Sane cum venerabilis Aegidius Lauden. ecclesiae Episcopus, dilectus noster Princeps ad „ celsitudinis nostrae praesentiam nuper accedens Romano Imperio & nobis obsequiose devotionis (2) „ signa praetenderit, & omnimode obeditionis insignia „ praesentaverit, nos ipsum tanquam nostrum & Imperii Principem ad benevolos applausique (3) dulcedinis admittentes amplexus. Regalia feuda Principatus Pontificalis, quem obtinet, sibi de Regia liberalitate concessimus, & eundem Episcopum inve-

(1) *quas*
(2) *devocionis*

(1)
(3) *applausus*

„ stivi-

„ veſtivimus de eiſdem, adminiſtrationem temporalium, „ & iuriſdictionem plenariam principatus eiuſdem Eccle„ ſiae praenotato Epiſcopo ſerie praeſentium commit„ tentes: quocirca univerſis & ſingulis vaſallis mini„ ſtralibus (4) & hominibus ſuis & Eccleſiae ſuae „ damus praeſentibus in mandatis, quatenus ipſi Epi„ ſcopo tanquam Principi noſtro & Domino ſuo in„ tendant in omnibus humiliter, & pareant reveren„ ter; in cuius rei teſtimonium praeſentes litteras no„ ſtrae maieſtatis ſigillo iuſſimus communiri.

„ Datum (5) Mediolani ſeptimo Idus Januarii „ anno Domini milleſimo trecenteſimo undecimo. Re„ gni vero noſtri anno tertio.

„ *Henricus Dei gratia Romanorum Rex*
„ *ſemper Auguſtus*.

„ PRudentibus viris de Laude, Caſtiono, Cottoneo, „ Roncho, Orio, Liuraga (1) de Sancto Marti„ no in Strata, Galgagnano Archagna & Gamore com„ munitatibus fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & „ omne bonum. Affectantes prout ex officij noſtri te„ nemur, debito venerabilis Aegidij Lauden. Epiſcopi „ principis noſtri dilecti, & ſuae eccleſiae praecavere „ diſpendiis, & ipſius commodum providere fidelitati „ veſtrae praecipimus, & mandamus, quatenus eun„ dem Epiſcopum bonis ſuis, & eccleſiae ſuae non „ impediatis, vel turbetis, nec ipſum permittatis ab

„ alijs

(4) *miniſterialibus*
(5) *data*
(1) *Livraca*

Digitized by Google

„ alijs in eisdem aliquatenus praegravari pro iuris (2),
„ & nostra reverentia speciali.

„ *Data Mediolani* 3. *Id. Jan. Regni nostri anno tertio.*

„ Nos Henricus Dei gratia Romanorum Rex sem-
„ per Augustus, ad universorum notitiam volumus per-
„ venire, quod accedens ad nostrae majestatis praesen-
„ tiam venerabilis Aegidius Lauden. Episcopus. Prin-
„ ceps noster dilectus. Recognonscens scilicet feuda sua
„ videlicet iurisdictionem in singulis personis masculis,
„ foeminis in civitate, comitatu Lauden. ac in portis
„ turribus, muris eiusdem civitatis iurisdictionem, quam
„ habet in castro, & villa de Castiono, ac castro &
„ villa de Galgagnano, & in villa Arcagne, & illa
„ parte Gamore, quae sunt in eadem (1) sita, & in
„ castro, & in villa Sancti Martini in Strata, castro
„ & villa Cavenagi cum lacu, castro, & villa Coto-
„ nei, castro Ronchi, & aqua Lambri, sicut tenet
„ ipsa curtis, ex utraque parte, & in castro, & in
„ villa de Orio, castro, & villa de Livraga, locum
„ (2) de Barillis situm inter curtem S. Floriani, &
„ Fompli, & reddirum auri in curte (3) Cavenagi a
„ nobis, & Imperio tenere nobis humiliter supplicave-
„ rit, quatenus ipsum de feudis huiusmodi investire
„ de benignitate regia dignaremur. Nos igitur praedi-
„ cti Episcopi supplicationibus annuentes, ac disponen-
„ tes unicuique tribuere quod est suum praedictum (4)

(2) *jussis*
(1) *eadem curte*
(2) *Lacum*
(3) *curte Galgagnani, & in curte*
(4) *prefatum*

Digitized by Google

„ episcopum de iustis, ac antiquis feudis suis, quae te-
„ net vel habere debet investimus de regiae plenitudi-
„ ne potestatis salvo jure imperij, & quorumlibet alio-
„ rum recepto ab eo fidelitatis debito Sacramento prae-
„ sentium testimonio litterarum.

„ *Data Mediolani sexto idus Januarij, anno Domini mil-*
„ *lesimo trecentesimo undecimo. Regni vero nostri anno tertio.*

Demum Aegidius provinciali Mediolanensi concilio interfuit, Bergomi agitato (*d*). Fato functus est anno 1312. mens. Aprili (*e*).

Post excessum Aegidij, inter Alcherium ab Aqua, Robertumque Vicecomitem, quos Clerus Laudensis, diversis studiis Episcopos renunciaverat, longa concertatio fuit, illisque a Clemente V. Joanneque XXII. Pontificibus suppressis, ex censura Pontificia, sequens subrogatus.

ADDITIO.

(*a*) & Bernardi defuncti Generalem Vicarium jam a. 1304. Ipsis autem primis sui Episcopatus mensibus has litteras a Fr. Johanne de Ofenago accepit:

„ Venerabili in christo patri Domino . . . Dei gra-
„ tia episcopo Laudensi vel ejus Vicario seu vices ge-
„ renti Frater Johannes de Ofenago vicarius venerabi-
„ lis in christo patris Domini . . . . (1) Episcopi Pa-
„ duani Reverendi in christo patris & domini domini
„ (N.) dei gratia Sancti Adriani Diaconi Cardinalis Apo-
„ stolicae Sedis Legati nuncius specialis ad infrascripta
„ specialiter deputatus reverenciam debitam cum sal-
„ tem.

(1) *Pagani Turriani Mediolanensis.*

Digitized by Google

„ tem. Noveritis nos noviter recepisse a reverendo in
„ cristo patre Domino Legato predicto in archiepisco-
„ patu Mediolanensi eiusque provincia Papiensi & Pla-
„ centina civitatibus earumque diocesibus per sanctissi-
„ mum patrem dominum nostrum Clementem divina
„ providentia papam V. priori Legationi ejusdem pa-
„ tris Domini legati predicti noviter adiunctis paten-
„ tes litteras. eius vero sigillo cereo pendenti sano &
„ integro munitas verborum seriem huiusmodi conti-
„ nentes. *Neapoleo miseratione divina Sancti Adriani Diaco-*
„ *nus Cardinalis apostolice Sedis legatus dilecto in cristo fra-*
„ *tri Johanni de Osenago vicario venerabilis in cristo patris*
„ .... *Dei gratia episcopi Paduani salutem in Domino. Du-*
„ *dum Sanctissimus pater Dominus noster, Dominus Clemens*
„ *divina providentia papa V. post commissum nobis plene lega-*
„ *tionis officium in provinciis Tuscie, Romaniole, Marchie*
„ *Tervisine, nec non Insulis Sardinie & Corsice, ac patriar-*
„ *chatibus Aquilegensi & Gradensi, archiepiscopatibus quoque*
„ *Ravennatensi & Januensi, eorumque provinciis, ac Ferra-*
„ *riensi civitate, & diocesi, & Venetiarum partibus atten-*
„ *dens, quod archiepiscopatus & provincia mediolanensis par-*
„ *tium Lombardie circa executionem commissorum, negotiorum*
„ *nobis erat plurimum opportuna, predictum archiepiscopatum*
„ *& provinciam mediolanensem nec non papiensem & placen-*
„ *tinam civitates & dioceses legationi nobis commisse duxit*
„ *per speciales litteras apostolicas adiungendas, apostolica no-*
„ *bis auctoritate concedens, ut omnibus privilegiis litteris &*
„ *indulgentiis aliisque nobis generaliter vel specialiter ab eo-*
„ *dem domino gratiose vel quocumque modo concessis valeamus*
„ *uti & ea auctoritate apostolica libere exequi, & exercere*

„ *in*

Digitized by Google

„ *in prefatis archiepiſcopatu & provincia Mediolanenſi ac ci-*
„ *vitatibus & dioceſibus papienſi & placentina, ſicut in pre-*
„ *dictis provinciis prioris legationis noſtre uti & ea exercere*
„ *& exequi poteramus prout in eiſdem apoſtolicis litteris ple-*
„ *nius continetur. Cum itque propter incumbencia expenſarum*
„ *onera, que pro ejuſdem legationis negotiis ſubire compelli-*
„ *mur ab eccleſiarum prelatis & perſonis aliis eccleſiaſticis*
„ *predicte legationis adiuncte oporteat nos procurationes reci-*
„ *pere debitas, nec de facultatibus eccleſiarum, monaſterio-*
„ *rum, & aliorum locorum Eccleſiaſticorum legationis predicte*
„ *noticiam habeamus; Diſcretioni tue, de qua plenam in Do-*
„ *mino fiduciam gerimus, qua fungimur, auctoritate manda-*
„ *mus, quatenus ad partes predicte legationis adiuncte te per-*
„ *ſonaliter conferens convocatis ad preſenciam tuam aliquibus*
„ *perſonis idoneis & diſcretis, quas Deum habentes pre ocu-*
„ *lis ad id videris convocandas earumque comunicato conſilio*
„ *ſi tibi videbitur expedire conſideratiſque facultatibus proven-*
„ *tibus & redditibus tam Cathedralium quam aliarum Eccle-*
„ *ſiarum & monaſteriorum, & aliorum locorum eccleſiaſtico-*
„ *rum civitatis & provincie Mediolanenſis nec non papienſis*
„ *& placentine civitatum & dioceſium predictarum procuratio-*
„ *nes nobis debitas ab eiſdem pro anno preſenti pro facultа-*
„ *tibus eorumdem abſque more prolixioris obſtaculo provide ta-*
„ *xare procures, taxationem hujuſmodi ſub manu publica in-*
„ *ſcriptis redactam tuoque ſigillo munitam nobis quanto citius*
„ *poteris deſtinando, ut iuxta taxationem, quam provide fa-*
„ *cies, ab eiſdem procurationes nobis debite perſolvantur. In-*
„ *jungens auctoritate predicta eidem Archiepiſcopo Mediolanenſi*
„ *ac . . . Epiſcopis & dilectis in criſto electis abbatibus . .*
„ *prioribus . . Decanis . . Archidiaconis . . prepoſitis . .*

„ *ple-*

Digitized by Google

„ *plebanis & aliis Eccleſiarum prelatis capitulis, & conven-*
„ *tibus exemptis & non exemptis, Ciſtercienſis, Cluniacenſis,*
„ *Cartuſienſis, premonſtratenſis, humiliatorum, Sancti benedi-*
„ *cti, & Sancti auguſtini, & aliorum ordinum, nec non*
„ *hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolimitani & militie templi*
„ *preceptoribus magiſtris & fratribus archiepiſcopatus & pro-*
„ *vincie Mediolanenſis nec non papienſis & placentine civita-*
„ *tum & dioceſium, ut infra duorum menſium ſpacium, quos*
„ *eis pro perbemtorio termino aſſignabis, procurationes hujuſ-*
„ *modi nobis debitas provide per te taxatas poſt impoſitionem*
„ *tuam camere noſtre in eorum riſico & fortuna mittere &*
„ *aſſignare procurent ad id eos per ſuſpenſionis excomunicationis*
„ *& interdicti ſentencias compeſcendo. Quas quidem ſententias*
„ *ſi eas eccleſiaſticorum aliquem inde contingat incurrere, per*
„ *alium quam per nos vel de ſpeciali mandato noſtro nolumus*
„ *relaxari; copiam autem litterarum noſtre legationis predicte*
„ *per te fieri volumus predictis archiepiſcopo, & Epiſcopis*
„ *aliiſque perſonis eccleſiaſtitis, a quibus eadem fuerint poſtu-*
„ *lata. Datum Aretii Kalendis Julii pontificatus Domini Cle-*
„ *mentis pape V. anno tercio.*

„ Igitur nobis iniuncta reverenter exequi, ut te-
„ nemur, vobis & clero veſtro exempto & non exem-
„ pto auctoritate vobis conceſſa procurationes infraſcri-
„ ptas duximus imponendas. Facta igitur de provido-
„ rum conſilio diſtributione equali vobis & capitulo
„ eccleſie veſtre ac clero univerſo ſecularibus & reli-
„ gioſis & aliis eccleſiaſticis quibuſcumque perſonis ci-
„ vitatis & dioceſis veſtre exemptis & non exemptis
„ cujuſcumque ordinis & religionis exiſtant ut ſupra
„ in litteris Domini Legati plenius continetur centum

„ tri-

Digitized by Google

„ triginta florenos puri auri, & iusti ponderis pro pre-
„ senti primo anno legationis predicte duximus impo-
„ nendos. Ideoque paternitatem vestram. ortamur &
„ attente monemus vobis nihilominus ea reverencia qua
„ decet auctoritate qua fungimur districte precipiendo
„ mandantes quatenus predictos florenos intra duorum
„ mensium spacium post receptionem seu presentationem
„ presencium quos vobis pro primo, secundo & tercio
„ termino peremptorio assignamus remoto cujuslibet di-
„ ficultatis & occasionis obstaculo in vestro risico &
„ fortuna per vestrum specialem & fidelem nuntium
„ ad curam prefati domini legati transmittatis solven-
„ dos mercatori seu camerario ipsius domini Legati vel
„ alii quem ipse vobis vel nuncio vestro speciali predi-
„ cto duxerit nominandum alioquin vobis domine e-
„ scope ex nunc pro ex tunc ingressum ecclesie inter-
„ dicimus in hiis scriptis & si forte quod absit inter-
„ dictum hujusmodi per quatuor dies animo sustinueri-
„ tis indurato ex nunc vos a pontificalibus suspendi-
„ mus in hiis scriptis, quod si per alios quatuor dies
„ interdictum & suspensionem hujusmodi, quod non
„ credimus duxeritis tollerandum; in vos ex nunc pro
„ ex tunc in hiis scriptis excomunicationis sententiam
„ promulgamus & ecclesiam vestram ecclesiastico sup-
„ ponimus interdicto. Ceterum vobis & vestrum alteri
„ presencium auctoritate committimus ut Deum haben-
„ tes pre oculis predictos florenos per vos vel alium
„ seu alios a capitulo & clero regularibus & secula-
„ ribus & ecclesiasticis quibuscumque personis prefatis
„ exemptis & non exemptis a singulis eorum videlicet

„ prout

Digitized by Google

„ prout consuetum est consideratis etiam facultatibus di-
„ ligenter eorumdem super quo vestram conscientiam
„ oneramus pro rata suorum proventuum cum justis &
„ moderatis expensis dumtaxat quas propter hoc vos
„ subire contingerit petere ac recipere valeatis vobis
„ committentes in hac parte nobis concessam plenariam
„ potestatem. Nos vero ex nunc contradictores &
„ belles quoslibet si legitime per vos vel vestrum al-
„ terum seu alium cui id duxeritis committendum mo-
„ nitione premissa de portione sibi imposita in prefixo
„ eis termino satisfacere contempserint in hiis scriptis
„ excomunicationis vinculo innodamus quam si per octo
„ dies animo sustinuerint indurato eorum ecclesias ec-
„ clesiastico supponimus interdicto. Quarum sententia-
„ rum denunciationem & publicationem vobis seu illi
„ cui id commiseritis presencium tenore duximus com-
„ mittendas quod si in profundum venientes malorum
„ per alios octo dies in concepta rebellione contuma-
„ cie vel contradictione perstiterint ipsos tam exemptos
„ quam non exemptos per vos vel alium seu alios ci-
„ tetis quatenus infra mensem a citatione hujusmodi
„ computandum conspectui dicti domini legati perso-
„ naliter se presentent ipsius super hoc mandatum &
„ beneplacitum audituri de citatione hujusmodi per ve-
„ stras litteras vel nuncium ipsi domino Legato fidem
„ plenariam facientes. Volumus autem quod vos domi-
„ ne episcope pro rata vestrorum proventuum pro so-
„ lutione dictorum florenorum contribuatis cum eisdem.
„ Nos enim si amplius quam dictos florenos & expen-
„ sas exigeritis extorseritis vel recipieritis supradictos

„ vel

„ vel ſi pro parte vos contingente in ſolutione dicto-
„ rum florenorum non contribueritis vel ſi contempnen-
„ do adimplere premiſſa fraude vel difficultatem aliquam
„ vos vel alter veſtrum adhibueritis in premiſſis ex nunc
„ monitione premiſſa ut ſuperius continetur gradatim
„ penas & ſententias prefatas vos incurrere volumus
„ ipſo facto. Has ſiquidem litteras ſigillo noſtro mu-
„ nitas ad cautellam per notarium noſtrum fecimus re-
„ giſtrari. Datum Mediolani die primo Septembris.

(*b*) a. 1311. ipſo Sanctae Epiphaniae die.

(*c*) quam tamen libello hoc ſupplici petiit:

„ In nomine Domini amen petit, ſuplicat, & re-
„ quirit Egidius Laudenſis Epiſcopus a majeſtatis veſtre
„ clementia, Domine Illuſtriſſime Rex Alamanie, qua-
„ tenus intuitu pietatis & meritis Beatiſſimi Baſſini
„ Confeſſoris Laudenſium, nec non ob reverentiam San-
„ cte Laudenſis eccleſie, que fore noſcitur ipſius me-
„ ritis Confeſſoris multimodis decoribus candidata, qua-
„ tenus eidem Eccleſie, Epiſcopatui, quibus quamquam
„ immeritus preſidet, reditus auri, quod annue lavatur
„ in ripis fluminis Adue ab utraque parte ipſius flu-
„ minis a Cornajano Bertaro uſque ad caſtrum novum
„ Butele Adue vel ſaltem intra curtem Galgagnani, &
„ Curtem Caſtioni, que ſunt Curtes Epiſcopatus pre-
„ fati, Juris Imperij inter illa confinia redditus auri,
„ quod ibidem de cetero lavabitur de ſpeciali gratia cum
„ omnibus aluvionibus & glareis dicti fluminis Adue
„ ab utraque parte riparum, que ſunt & de cetero in-
„ ſurgent ſecundum metam ſuperius pretaxatam ob ve-
„ ſtrorum remedio peccatorum de novo concedere di-

„ gne-

Digitized by Google

„ gnemini & velitis & dicti auri reditus cum aluvio-
„ nibus & glareis antedictis ad veſtram cameram pro-
„ cul dubio ſpectare noſcuntur cum dicta laudenſis ec-
„ cleſia & Epiſcopatus prefatus privilegiis Romanorum
„ Imperatorum conceſſorum eiſdem deſtituta fere peni-
„ tus dignoſcatur ipſius Epiſcopi Predeceſſorum ſuorum
„ negligentia dudum flagrante nec non invaſione in-
„ valeſcente hominum perverſorum.

(*d*) III. Nonas Julias a. 1311. Confer Saxium in Mediol. Antiſt. hiſt. p. 777.

(*e*) Exſtant ad Aegidium datae a. 1308. hae Arnaldi S. Mariae in Porticu Diaconi Cardinalis litterae.

„ Arnaldus miſeratione divina Sancte Marie in
„ porticu Diaconus Cardinalis apoſtolice Sedis legatus
„ venerabili in Chriſto patri Dei gratia Epiſcopo Lau-
„ denſi vel eius vicario ſeu vices gerenti ſalutem in
„ Domino Sanctiſſimus pater & Domnus noſter Dom-
„ nus Clemens divina providentia Papa V. Nos ad Aqui-
„ legenſis & Gradenſis patriarchatus Mediolanenſis, Rav-
„ vennatenſis, Piſani, Januenſis, Spalatenſis, Raguſini,
„ Antibarenſis, & Cretenſis Archiepiſcopatus eorumque
„ provincias Archiepiſcoparum quoque Jadrenſem eiuſque
„ provintiam qui eidem Patriarcatui Gradenſi jure metro-
„ politico ſunt ſubjecti nec non Venetiarum partes & di-
„ ſtrictus ac Sclavoniae partes que per venetos gubernan-
„ tur & Papienſem, Placentinam, Ferrarienſem, Peruſi-
„ nam, Urbevetanam, Tudertinam, Reatinam, Interam-
„ pnenſem, Narnienſem, Caſtellanam & Tiburtinam
„ Civitates & dioceſes ad provintias etiam Tuſcie tam
„ in Imperio quam in terris Eccleſie conſtitutas & mar-

„ chiam Terviſinam ac alias terras ejuſdem eccleſie Ro-
„ mane & nominatim ad Anconitanam Marchiam, Maſ-
„ ſam Trabariam, civitatem Urbini ejuſque dioceſim &
„ diſtrictum, Romaniolam, Ducatum Spoleti, Sabinam
„ Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, Campaniam & ma-
„ ritimam, & cum cuadiacentes partes ac terras uſque ad
„ regni confinia, Inſulas quoque Sardinie & Corſice com-
„ miſſo nobis innibi plene legationis officio pro urgenti-
„ bus & arduis eccleſie Romane negotiis deſtinavit. Cum
„ igitur occaſione negotiorum huiuſmodi multa, & diver-
„ ſa pro noſtris & familie noſtre neceſſariis incumbant
„ onera expenſarum que ſine noſtro & aliorum prelato-
„ rum tam Regularium quam Secularium & aliarum ec-
„ cleſiaſticarum perſonarum noſtre legationis auxilio por-
„ tare nullatenus valeamus, decrevimus pro preſenti pri-
„ mo anno legationis noſtre procuraciones recipere ordi-
„ natas. Facta igitur de providorum conſilio diſtributio-
„ ne equali vobis & dilectis in Chriſto in capitulo eccle-
„ ſie noſtre, & clero, & eccleſiaſticis perſonis Regulari-
„ bus, & Secularibus veſtrarum Civitatis & Dioceſis
„ exemptis & non exemptis cuiuſcumque ordinis Religio-
„ nis & conditionis exiſtant, centum triginta florenos pu-
„ ri auri & juſti ponderis pro dicto tempore pro procura-
„ tionibus ipſis duximus imponendos. Ideoque Paterni-
„ tatem veſtram requirimus, & monemus vobis nihilomi-
„ nus qua fungimur auctoritate diſtricte precipiendo man-
„ dantes quatenus predictos florenos infra quadraginta
„ dies. Poſt receptionem ſeu preſentationem preſentium
„ quos vobis pro primo, ſecundo, & tertio peremptorio
„ termino aſſignamus remoto cuiuslibet difficultatis & oc-

„ ca-

Digitized by Google

„ eastonis obstaculo in vestro rifico & fortuna. Petrum
„ vestrum fidelem Nontium ad nostram curiam destinare
„ curetis nostro camerario pro vobis utique solvendos &
„ etiam assignandos. Alioquin vobis ex nunc pro ut ex
„ tunc ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Et
„ si forte quod absit interdictum huiusmodi per quatuor
„ dies animo substinueritis indurato ex nunc pro ut ex
„ tunc vos a Pontificalibus suspendimus in hiis scriptis
„ quod si per alios quatuor dies quod non credimus su-
„ spensionem hujusmodi duxeritis tolerandam in vos ex
„ nunc prout ex tunc in hiis scriptis excommunicationis
„ sententiam promulgamus, & ecclesiam vestram eccleſia-
„ stico supponimus interdicto: Ceterum vobis & vestrum
„ alteri presentium auctoritate committimus ut Deum ha-
„ bentes pre oculis predictos flotenos per vos vel per
„ alium seu alios a capitulo, & clero ac Regularibus &
„ ecclesiasticis personis prefatis exemptis & non exemptis
„ a singulis eorum videlicet prout consuetum est conside-
„ ratis etiam facultatibus diligenter ipsarum super quo ve-
„ stram conscientiam oneramus pro rata suorum proven-
„ tuum cum justis & moderatis expensis dumtaxat quas
„ propter hoc vos subire contingeret petere, & accipere
„ valeatis vobis committentes in hac parte nobis conces-
„ sam plenariam potestatem. Nos vero ex nunc contradi-
„ ctores & rebelles quoslibet si legitima per vos vel ve-
„ strum alterum, seu alium cui id duxeritis committen-
„ dum monitione premissa de portione eis imposita in pre-
„ fixo eisdem termino satisfacere contempserint in hiis
„ scriptis excommunicationis vinculo innodamus quam si
„ per octo dies animo substinuerint indurato eorum eccle-

 „ sias

„ ſias eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quarum ſen-
„ tentiarum denuntiationem & publicationem vobis
„ ſeu illi cui id commiſeritis preſentium tenore duximus
„ committendas. Quod ſi in profundum venientes malo-
„ rum & poſt alios octo dies in concepta rebellione con-
„ tumacie vel contradictione perſtiterint ipſos tam exem-
„ ptos quam non exemptos per vos vel per alium ſeu alios
„ ex parte noſtra citetis ut infra quindecim dierum ſpa-
„ cium a citatione hujuſmodi computandum perſonaliter
„ compareant coram nobis noſtrum ſuper hoc mandatum
„ & beneplacitum audituri de citatione hujuſmodi per ve-
„ ſtras litteras, vel nuncium facientes plenariam nobis fi-
„ dem. Volumus autem quod vos pro rata veſtrorum pro-
„ ventuum in ſolutione dictorum florenorum contribuatis
„ etiam cum eiſdem. Nos enim ſi amplius quam floreno
„ & expenſas exegeritis vel extorſeritis ſeu reciperitis ſu-
„ pradictos vel ſi pro parte vos contingente in ſolutione
„ dictorum florenorum non contribueritis vel ſi contem-
„ pnendo adimplere premiſſa fraudem vel difficultatem
„ aliquam adhibueritis in premiſſis ex nunc pro ut ex nunc
„ monitione premiſſa ut ſuperius continetur gradatim pe-
„ nas & ſententias ſupradictas vos incurrere volumus ipſo
„ facto. Preterea tranſcriptum literarum apoſtolicarum
„ nobis ſuper premiſſis conceſſarum ſub ſigillo noſtro Co-
„ delupo, & Bonincino de Cremona latoribus preſentium
„ nunciis noſtris iuratis duximus exhibendum ut de eo
„ copiam habere poſſitis ſi habere volueritis & petieritis
„ ab eodem veſtris tamen ſumptibus & expenſis. Has ſi-
„ quidem licteras noſtro ſigillo munitas in regeſtro noſtre
„ curie fecimus regiſtrari de quarum preſentatione predi-

„ ctis

„ ctis nunciis dabimus plenam fidem. Datum Bononie „ Kalendis Julii Pontificatus Domni Clementis Pape V. „ anno quarto.

XLIV. B. LEO Palatinus, Laudenſis ex ordine Minorum evaſit ad Sedem anno 1318. 3. Non. Maij (*a*). Erat iis virtutibus Leo, quae plane Sanctum Paſtorem viderentur decere ornatus; ſtrenue igitur hanc rexit Eccleſiam uſque ad annum 1343. Exceſſitque e vita die 16. menſis Martii, tumulataſque eſt apud S. Franciſcum cum hoc Epitaphio (*b*).

M. CCC. XXXXIII. XVI. *menſ. Martii.*
Obijt venerabilis Pater, & dominus
Fr. Leo de Palatinis
Epiſcopus Laudenſis, Ordinis Minorum
cuius anima requieſcat in pace.

Ferunt de eo toxicum impune hauſiſſe, propinantibus iis clericis in quorum prolapſos mores acriori cenſura fuerat invectus (*c*). Leonis autem meminit Gonzaga in ſua Seraphica hiſtoria Vvadingus, & alij.

ADNOTATIONES.

(*a*) A. 1325. Indictione VIII. XIX. Februarii Placentiae in clauſtro Fratrum Minorum dimidium *laci Orioli jacentis in curte S. Florani laudenſis Dioeceſis* per novem omnino annos Perotto Veſighae Placentino civi ea lege conceſſit, ut is annuam quamdam penſionem Epiſcopatui Laudenſi perſolveret. Synodum quamdam Dioeceſanam

Digitized by Google

a. 1339. habuiſſe Leonem ex veteri charta colligo, ubi ex libro *Conſtitutionum factarum per Clerum Laudenſem Anno Domini MCCCXXXIX. Indictione VII. die XII. menſis Julii* exarata haec eſt Conſtitutio.

„ Cum ſtatutis & mandatis divinis ac Sacrorum Ca-
„ nonum inſtitutis cenſus eſt debitus Deo praeſtatio deci-
„ marum, & quarta decimarum praedialium debetur Ec-
„ cleſiis, in quarum parochiis ſita ſunt predia, & aliae
„ tres partes decimarum debitae ſunt Epiſcopo Laudenſi
„ nomine & vice Eccleſiae & Epiſcopatus Laudenſis in
„ tota dioeceſi Laudenſi ſalva conſuetudine rationabili
„ praeſcripta. Statuimus quod ſi aliquis pro aliqua paro-
„ chiali Eccleſia vel inveſtituram trium partium decima-
„ rum ſpectantium ad D. Epiſcopum Laudenſem nomine
„ quo ſupra habens a predicto D. Epiſcopo in judicio pe-
„ tierit ab aliquo decimas praediales fructuum praediorum
„ in ipſa parochia, vel intra fines decimariae ſuae ſibi
„ conceſſae per D. Epiſcopum Laudenſem, reus interro-
„ getur a Judice, utrum ipſa praeda intra fines ſint ipſius
„ Parochiae vel decimariae praefatae, vel reſpondere re-
„ cuſet, aut ſi negaverit, ſed probatum fuerit, habeatur
„ pro condemnato ad ſolutionem decimarum ipſarum, &
„ velut condemnatus, omni exceptione remota juris reme-
„ diis ſolvere compellatur, ſalvo quod ſi laici dicerent, di-
„ ctas decimas legitime ſe tenere in feudum, vel Religioſi,
„ ſeu perſonae aliquae Eccleſiaſticae ad ſolutionem deci-
„ marum ipſarum per privilegium non teneri, aut Paro-
„ chiali Eccleſiae legitime praeſcripſiſſe, vel per eorum
„ aliquem legitima aliqua opponeretur exceptio. Tunc ad
„ haec profunda unus pro tribus arbitro judicis perempto-
„ rius

Digitized by Google

„ rius terminus assignetur, infra quem si quae supra di-
„ xerat, probare neglexerit, compellatur ut supra.

(*a*) Dirutus nunc est ejus tumulus, sublataque inscriptio. Rem narrat Carolus Antonius Remitalius in libro inscripto *Esemplari domestici di Santità proposti a' Lodigiani* p. 132.

(*c*) Hocce Leonis miraculum etiam in Laudensis Ecclesiae Martyrologio indicatur XX. Februarii, quo die ejus veluti Beati memoria recolitur his verbis: *Laudae B. Leonis Palatini ejusdem Civitatis Episcopi & Confessoris ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, qui dum quosdam suos Clericos corriperet, ab eis fuit fortissimo veneno appetitus, sed in nullo mirabiliter laesus. In pace tandem quievit, cujus Corpus in aede S. Francisci conditum est.*

XLV. FR. LVCAS de Castello Laudensi Ordinis Minorum Leoni successit anno 1343. 2. Kal. Aprilis, ex Reg. Vaticano E. III. fol. 183. anno I. Episcopus Comesque (*a*) Laudensis vocatus, vir integerrimis moribus, ut notant hujus Ecclesiae monumenta, decessit anno 1353. (*b*) sepultusque est in Cathedrali (*c*).

ADDITIO.

(*a*) Immo in tabula Episcoporum Laudensium hic dicitur *noviter* Comitis titulo usus; quem morem postea aliqui eius successores secuti sint. Verum iam anno 1298. in instrumento XXIII. Junii edito, quod Episcopale tabularium servat, Bernardus de Talente se *Comitem* nuncupaverat. Negari tamen non potest, Lucam eo titulo, quem parce Bernardus adhibuerat, usum liberaliter fuisse.

Digitized by Google

(*b*) circa finem decembris, cujus octavo die chartam vidi ab eo subscriptam.

(*c*) in singulari arca, unde postmodum in sepulcro Ven. Cleri ut vocant *Consortii* depositus fuit.

XLVI. PAVLLVS de Cadamusto civis Laudensis & Canonicus Reghinensis, ab Innocentio VI. Lucae suffectus est 7. Idus Februarij anno 1354. ita in Reg. Vaticano E 26. f. 37. an. 2. (*a*) Concilium Dioecesanum celebravit, ut sibi creditae Ecclesiae sarta tecta jurisdictio servaretur 1364. (*b*) Plurima bona, quae Barnabas Vicecomes usurpaverat, recuperavit (*c*). Pro Sancta Sede Apostolica legatus in Pannoniam profectus est, multisque exantlatis laboribus, excessit e vita 1386. mense Novemb. sepultusque est in cathedrali: post cuius excessum Laudensem rexit Ecclesiam Franciscus Montellus Cathedralis Ecclesiae Praepositus, & capitularis Vicarius usque ad annum totum fere 1388. Quod ex monumentis Laudensis Ecclesiae eruit Defendens Leodius discursu 9. de Card. Angelo de Anna, & Summa ripa, quem Panvinus in epit. nescio quo depravatus affectu, unum in duos Cardinales partitus est, & primum Lauden. electum pronunciat an. 1385. quod omnino improbabile est, cum Paulus ab anno 1354. ad annum usque 1388. (*d*) Laudensis fuerit Antistes, cui successit Petrus Scaliger, caeterique ut vides. De Angelo Card. de Anna, vide quae diximus in nostro primo tomo in Praenestinis Episcopis pag. 248. ubi linea 49. post illa verba de Anna, adde de quo Panvinus.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

(a) VI. Nonas Julii superioris anni MCCCLIII. Innocentius VI. Aegidium Alvarum Albornotium natione Hispanum Tit. S. Clementis Presbyterum Cardinalem amplissimo diplomate, quod fere integrum Raynaldus describit ad eum annum num. II., Legatum suum in Italiam destinarat. Quo munere ut Aegidius fungeretur, has ei praeterea litteras dederat.

„ *Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei*
„ *Dilecto Filio Egidio Tit. Sancti Clementis*
„ *Presbytero Cardinali Apostolice Sedis*
„ *legato salutem & Apostolicam*
„ *benedictionem.*

„ CUm te ad Lombardie & Tuscie provincias, ac non-
„ nullas alias partes in licteris nostris tibi super tua
„ legatione concessis expressas, commisso tibi in eis plene
„ legationis officio, pro urgentibus & arduis Ecclesie Ro-
„ mane negociis destinemus, ut in commissis tibi negotiis
„ eo possis prosperari facilius, quo majori per nos fueris
„ auctoritate munitus, discretioni tue compellendi quosli-
„ bet Prelatos, cuiuslibet preminentie vel dignitatis exti-
„ terint, nec non Regulares, Cistercienses, Premonstra-
„ tenses, Cluniacenses, & aliorum quorumlibet ordinum,
„ Magistros quoque, Priores, Preceptores, & Fratres S.
„ Johannis Jerosolimitani, & aliorum quorumcumque ho-
„ spitalium, sive domorum, & alias Ecclesiasticas perso-
„ nas Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum, sive Mona-
„ ste-

Digitized by Google

„ ſteriorum exemptorum & non exemptorum per cenſu-
„ ram Eccleſiaſticam, ad contribuendum in procuratioui-
„ bus ſibi debitis, non obſtantibus quibuſcumque privile-
„ giis, & Indulgentiis Apoſtolicis, per quos poſſent in
„ hac parte quomodolibet ſe tueri, & de quibus quorum-
„ cumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris
„ licteris deberet fieri mentio ſpecialis, plenam auctorita-
„ te preſentium concedimus poteſtatem. Datum apud Vil-
„ lamnovam Avinionenſis Dioceſis II. Kal. Julii Pontifi-
„ ficatus Noſtri anno primo.

His Innocentii litteris munitus Albornotius Legatus primum eodem anno VII. Kal. Octobris Mediolani, deinde inſequenti V. Nonas Julii in Urbeveteri commoratus ad Paullum Laudenſem Epiſcopum ſcripſit pecuniariam mulctam praeſcribens clero, & ceteris Laudenſis dioceſis indicendam (1). Similes litteras Andruini item Sedis Apoſtolicae Legati cauſſa habuit Paullus a. 1358. a Roberto Vicecomite Mediolanenſi Archiepiſcopo, cujus geſtis aliquid lucis adlaturae quum ſint, illas heic recitabo.

„ Robertus Dei & Apoſtolice Sedis gratia Sancte
„ Mediolanenſis eccleſie Archiepiſcopus Venerabili fratri
„ & ſuffraganeo noſtro Domno Dei gratia Epiſcopo Lau-
„ denſi ſalutem in Domino. Duas Sanctiſſimi in Chriſto
„ patris & Domini Domini Innocentii divina providentia
„ pape VI. eius vera bulla plumbea in fillo canapis more
„ ſolito Romane curie bullatas omni prorſus vitio & ſuſpi-
„ tione carentes nec non quaſdam Reverendi patris &
„ domni domni Andruini Dei gratia Abbatis Cluniacenſis
„ apo-

(1) *Ex his porro Albornotii litteris diſcimus primum Legationis ſuae annum a XIII. Auguſti die coepiſſe.*

Digitized by Google

„ apoſtolice Sedis legati ac terrarum eccleſie in Italia con-
„ ſiſtentium Vicarii generalis litteras eius vero pendenti
„ Sigillo munitas Nos noveritis recepiſſe quarum unius di-
„ cti domini noſtri pape tenor talis eſt. *Innocentius epiſco-*
„ *pus Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiſcopo*
„ *Mediolanenſi eiuſque ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedi-*
„ *ctionem. Inter multiplices, quibus aſſidue premimur, ſolicitudi-*
„ *nis noſtre curas graviaque onera noſtris incumbentium humeris*
„ *agendorum illud angit potiſſime mentem noſtram, ut Romanam*
„ *Eccleſiam cui quamquam immeriti permittente Domino preſide-*
„ *mus, eiuſque iura contra perverſorum, & preſertim hereticorum*
„ *tueamur audatiam & imminentibus ſibi neceſſitatibus conſula-*
„ *mus. Cum itaque nonnulle terre & quedam alia bona, & iura*
„ *ad prefatam eccleſiam in Italie partibus immediate ſpectantia per*
„ *ipſius eccleſie rebelles & hoſtes, quorum etiam aliqui heretica*
„ *labe reſperſit, & de hereſi legittime condempnati fore noſcuntur,*
„ *Dudum ambitione tyrannica detenta fuerint, & adhuc detinean-*
„ *tur dampnabiliter occupata in divine mayeſtatis offenſam, apo-*
„ *ſtolice Sedis contemptum, ipſius eccleſie, & catholice fidei enor-*
„ *me preiuditium, & ſcandalum plurimorum Noſque ad recupera-*
„ *tionem, & defenſionem terrarum, bonorum, & jurium, & de-*
„ *preſſionem rebellium, & extirpationem hereticorum predictorum*
„ *pro ut ex debito tenemur paſtoralis offitii iugiter quantum poſſu-*
„ *mus intendamus & ad ea facilius, & felicius exequendum, que*
„ *magnum exigunt profluvium expenſarum, veſtrum ſit nobis &*
„ *eidem eccleſie ſubſidium opportunum. Nos deliberatione ſuper*
„ *hiis cum fratribus noſtris Sancte Romane eccleſie cardinalibus*
„ *prehabita diligenti decimam omnium reddituum & proventuum*
„ *eccleſiaſticorum in veſtris & nonnullis aliis tam Italie, quam*
„ *aliarum partium diverſarum civitatibus, & dioceſibus provin-*

„ *ciis*

„ ciis consistentium per tres annos continuos in festo nativitatis
„ Domini nostri Jesu Christi proxime venturo inchoandos solven-
„ dam & exigendam tam a vobis, & aliis venerabilibus fratribus
„ nostris Archiepiscopis & suffraganeis aliisque Episcopis quam ab
„ aliis omnibus, & singulis personis ecclesiasticis, secularibus, &
„ regularibus quibuscumque exemptis, & non exemptis in medio-
„ lanensi & aliis civitatibus & diocesibus ac provintiis predictis
„ redditus & proventus hujusmodi obtinentibus & infra ipsos tres
„ annos obtentis cujuscumque preeminentie dignitatis, status, or-
„ dinis, vel conditionis existant, quibus aut eorum alicui nulla
„ privilegia & Indulgentias sub quacumque verborum forma, vel
„ expressione concessa voluimus suffragari preterquam ab eisdem
„ fratribus nostris eiusdem Romane ecclesie Cardinalibus hujusmodi
„ redditus & proventus in eisdem mediolanensi & aliis civitatibus
„ & diocesibus ac provintiis obtinentibus & infra ipsos tres annos
„ obtentis, qui in apostolice solicitudinis partem assumpti nobiscum
„ universalis ecclesie onera sortiuntur nec non a dilectis filiis, Ma-
„ gistro, prioribus preceptoribus & fratribus hospitalis Sancti Jo-
„ hannis Jerosolimitani, qui contra hostes fidei Christiane expo-
„ nunt Jugiter se & sua quos quidem Cardinales, magistrum,
„ priores preceptores, & fratres hospitalis ejusdem ab hujusmodi
„ prestatione decime exemptos esse voluimus, & immunes pro hu-
„ jusmodi oneribus comodius supportandis de dictorum fratrum no-
„ strorum ejusdem Romane ecclesie Cardinalium consilio auctoritate
„ Apostolica duximus per alias nostras litteras imponendam ac vo-
„ luimus quod hujusmodi decima per vestrum singulos in singulis
„ vestris civitatibus & diocesibus quos ibidem collectores hujusmo-
„ di decime deputavimus & subcollectores clericos dumtaxat a ve-
„ strum singulis deputandos tam a vobis ipsis, quam ab aliis omni-
„ bus & singulis prelatis & personis ecclesiasticis supradictis in
„ eisdem

„ eiſdem civitatibus & dioceſibus veſtris redditus & proventus ec-
„ cleſiaſticos habentibus, & habituris, ut prefertur poſtquam ab
„ eiſdem cardinalibus magiſtro, prioribus preceptoribus & fratri-
„ bus hoſpitalis eiuſdem predictos tres annos in infraſcriptis ter-
„ minis exigatur & etiam colligatur nobis poſtmodum & apoſtolice
„ camere ſeu illi vel illis quem vel quos ad ipſam decimam noſtro
„ & ipſius camere nomine recipiendam deputandos duxerimus per
„ vos ſeu ſubcollectores eoſdem aut alios quos ad ipſam decimam
„ recipiendam deputandos & duxeritis aſſignandam & quod fiat
„ dicta ſolutio quolibet anno dicti triennij in terminis infraſcri-
„ ptis. Siquidem ſolutionis medietatis decime primi anni dicti
„ triennii primum terminum fore ſtatuimus feſtum reſurrectionis
„ Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime venturum ſecundum vero
„ terminum ſolutionis alterius medietatis ipſius primi anni eſſe vo-
„ luimus feſtum omnium Sanctorum tunc proxime ſecuturum. in
„ aliis duobus annis dicti triennij tunc immediate ſequentibus ſi-
„ milibus terminis obſervandis dictaque ipſius decime exactio fiat
„ ſecundum taxationem in dictis civitatibus & dioceſibus factam
„ hactenus vel ubi hujuſmodi nulla certa taxatio fuerit ſecundum
„ communem valorem reddituum eorumdem, & ne de moneta in
„ qua ſolutio dicte decime fiet aut fieri debebit valeat heſitari vo-
„ luimus quod ipſa decima ad monetam in dictis terminis comuni-
„ ter in eiſdem civitatibus & dioceſibus currentem ſolvatur, leve-
„ tur, & etiam exigatur juxta conſtitutionem eandem calices, li-
„ bri, & alia ornamenta eccleſiarum divinis offitiis deputata ex
„ cauſa pignoris vel alia occaxione exactionis predicte nullatenus
„ capiantur ſeu recipiantur aut diſtrahantur nec etiam occupentur.
„ Quocirca fraternitatem veſtram monemus requirimus, & horta-
„ mur attente per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus
„ vos, & ſinguli veſtrum premiſſa una cum ceteris prelatis &

„ per-

Digitized by Google

„ perſonis eccleſiaſticis ſupradictis veſtrarum civitatum & dioce-
„ ſium predictarum devota conſideratione penſantes ac vota veſtra
„ noſtris in hac parte conformantes affectibus prefatam decimam
„ de hujuſmodi redditibus & proventibus veſtris integraliter ſolve-
„ re, & ab aliis prelatis & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis de
„ ipſorum eccleſiaſticis redditibus & proventibus quos in dictis ci-
„ vitatibus & dioceſibus veſtris obtinent, & infra dictum trien-
„ nium obtinebunt preter quam a dictis cardinalibus, magiſtro,
„ prioribus, preceptoribus, & fratribus hoſpitalis prefati exige-
„ re, & colligere per dictum triennium in dictis terminis ſtudea-
„ tis prefatos prelatos, & perſonas eiſdem cardinalibus, magiſtro,
„ prioribus, preceptoribus, & fratribus ejuſdem hoſpitalis dum-
„ taxat exceptis, per vos ſeu per dictos ſubcollectores & ſubdi-
„ legatos veſtros ad ſolvendum dictam decimam in eiſdem termi-
„ nis auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam & etiam ſe-
„ ſequeſtrationem eorumdem reddituum & proventuum ſuorum ec-
„ cleſiaſticorum in prefatis civitatibus & dioceſibus veſtris conſi-
„ ſtentium, ſi expediens fuerit, appellatione poſtpoſita compellen-
„ do. Quod ſi forſan aliquis veſtrum in hujuſmodi ſolutione decime
„ defecerit, taliter deficientem ſimiles ſententias, quas per vos
„ vel aliquem veſtrum aut predictos ſubcollectores veſtros in non-
„ ſolventes dictam decimam in prefatis terminis proferri contige-
„ rit incurrere volumus ipſo facto. Non obſtante ſi vobis aliiſque
„ prelatis & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis & quibuſcunque
„ aliis comuniter vel diviſim a predicta Sede ſit indultum quod ad
„ ſolutionem alicuius decime minime teneamini & ad id compelli
„ aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſitis per
„ litteras apoſtolicas, quae de indulto hujuſmodi & toto eius teno-
„ re de verbo ad verbum ac propriis ipſorum ordinum, & locorum
„ ac perſonarum nominibus plenam & expreſſam non fecerit men-

„ tio-

Digitized by Google

„ tionem & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, exemptionibus,
„ & litteris apoſtolicis quibuſcumque dignitatibus, ſeu ordinibus,
„ & ſpecialiter S. Benedicti, & S. Auguſtini Cluniacenſis, Ciſter-
„ cienſis, Premonſtratenſis, Cartuſienſis, Gandimontenſis, Humi-
„ liatorum, & ipſorum univerſitatibus generaliter vel ſpecialiter
„ ſub quacumque forma vel conceptione verborum a memorata Sede
„ conceſſis, de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad ver-
„ bum in noſtris litteris ſimilis mentio ſit habenda ad hoc volumus
„ vobiſque eadem auctoritate concedimus, quod vos & ſinguli ve-
„ ſtrum, quos ex defectu non facte ſolutionis hujuſmodi prefatas
„ ſententias incurriſſe contigerit, ab eiſdem ſententiis poſt ſatiſ-
„ factionem debitam per aliquem ex vicinioribus epiſcopis excomu-
„ nicationis ſententia non ligatum & alias gratiam & communio-
„ nem predicte Sedis habentem facta ſibi fide de ſatisfactione hu-
„ juſmodi abſolutionis beneficium & ſuper irregularitate ſi quam
„ forſan ſic ligati non tamen in contemptum clavium celebrando di-
„ vina vel immiſcendo vos illis contraxeritis diſpenſationis gra-
„ tiam obtinere aliiſque etiam quos eaſdem ſententias ex defectu
„ ſolutionis hujuſmodi incurriſſe contigerit poſt ſatisfactionem de-
„ bitam facta vobis ſimiliter fide de illa ſimilia ab eiſdem ſenten-
„ tiis abſolutionis beneficium & ſuper irregularitate contracta di-
„ ſpenſationis gratiam impendere valeatis volumus autem quod
„ quo ad illos quos ad ſolutionem hujuſmodi decime penitus impo-
„ tentes exiſtere inveneritis & etiam quo ad illos quos pro ipſa
„ decima illud quod juxta ſuarum exigentiam facultatum poſſunt
„ ſolviſſe & ultra id ſolvere non poſſe repereritis ſimpliciter & de
„ plano ſuper quibus veſtras conſcientias oneramus, hujuſmodi ſen-
„ tentias in eos generaliter vel ſpetialiter promulgatis eadem au-
„ ctoritate relaxetis & ſuper irregularitate ſi quam forſan ſenten-
„ tiis ipſis ligati non tamen in contemptum clavium celebrando di-

„ vina

„ *vina vel immiſcendo ſeu illis contraxerint diſpenſetis etiam cum*
„ *eiſdem Porro quia preſentes littere nequirent forſan propter via-*
„ *rum diſcrimina veſtrum ſingulis comode preſentari volumus quod*
„ *per te frater Archiepiſcope dictarum litterarum tranſumptum*
„ *publica manu ſcriptum tuoque Sigillo communitum vobis predi-*
„ *ctis ſuffraganeis tranſmittatur, cui adhiberi volumus velut ori-*
„ *ginalibus litteris plenam fidem. Datum Avinione VIII. Idus*
„ *Novembris Pontificatus noſtri anno quinto.* Alterius vero te-
„ nor ſequitur in hec verba. *Innocentius Epiſcopus Servus*
„ *Servorum Dei venerabilibus fratribus .. Archiepiſcopo Medio-*
„ *lanenſi eiuſque ſuffraganeis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*
„ *Nuper neceſſitatum multiplicium onera quibus camera noſtra*
„ *premebatur, ſicut premitur ſupra vires & eius raritatem pro-*
„ *ventuum ad ea ſupportanda nequaquam ſufficientium diligenti*
„ *meditatione penſantes in Mediolanenſi & nonnullis aliis pro-*
„ *tiis de fratrum noſtrorum conſilio triennales decimas eccleſiaſti-*
„ *corum proventuum & reddituum ſub certis modis & terminis*
„ *per veſtrum quemlibet in veſtris civitatibus & dioceſibus ſingu-*
„ *lariter exigendas ut per eas conſuletur oneribus dicte camere du-*
„ *ximus imponendos, ſicut in quibuſdam noſtris litteris vobis di-*
„ *rectis plenius continetur, quas ut premittitur exigendas ſi per*
„ *veſtrum quemlibet poſt recollectionem huiuſmodi camere previe-*
„ *mitteretis forſitan vobis grave & ob favorem veſtri nobis diſpli-*
„ *cibile videretur. Nos itaque vobis & eidem camere volentes pa-*
„ *terna ſolicitudine precavere, fraternitati veſtre per apoſtolica*
„ *ſcripta precipiendo mandamus, quatinus omnes & ſingulas pecu-*
„ *niarum ſummas quas ratione dicte decime triennalis in quolibet*
„ *conſtituto termino ad ſolvendum quilibet veſtrum a ſe & ſuo cle-*
„ *ro exegerit & collegerit, ut tenetur, apoſtolico in illis parti-*
„ *bus collectori ſeu eius certo mandato, cui per noſtras alias litte-*

„ *ras*

Digitized by Google

„ras dictas pecunias recipiendi vosque quietandi conceſſimus pote-
„ſtatem cum integritate ſtudeatis abſque moroſitate qualibet aſſi-
„gnare, de cujuſmodi aſſignatione quacumque duo confici facientes
„publica inſtrumenta quorum altero penes quem tanget dimiſſo re-
„liquum noſtre prelibate camere tranſmittatis. Porro quia noſtre
„preſentes littere nequirent forſitan propter viarum diſcrimina
„veſtrum ſingulis comode preſentari volumus quod per te frater
„Archiepiſcope dictarum litterarum tranſumptum publica manu
„ſcriptum tuoque ſigillo communitum vobis predictis ſuffraganeis
„tranſmittatur cui adhiberi volumus velut orrigínalibus litteris
„plenam fidem, Datum Avinione VII. Idus Januarii pontificatus
„noſtri anno ſexto. Litteras vero dicti domini legati tenor
„ſequitur in hunc modum. Andruinus miſeratione divina
„Cluniacenſis Abbas apoſtolice Sedis Legatus ac terrarum eccleſie
„in ytalia conſiſtentium vicarius generalis. venerabili in chriſto
„patri.. Archiepiſcopo Mediolanenſi eiuſque ſuffraganeis ſalutem
„in domino. Cum Sanctiſſimus pater & dominus noſter Dominus
„Innocentius divina providentia papa VI. per ſuas apoſtolicas lit-
„teras vobis & veſtrum ſingulis ac omnibus & ſingulis perſonis
„eccleſiaſticis veſtrarum civitatum & dioceſium exemptis & non
„exemptis mandet ex cauſis in eiſdem litteris inſertis quatenus
„decimam omnium & ſingulorum veſtrorum eccleſiaſticorum pro-
„ventum apoſtolico in illis partibus collectori ſeu eius certo man-
„dato per tres annos continuos ſingulis annis medietatem videli-
„cet in feſto paſce reſurrectionis domini, & aliam medietatem in
„feſto omnium Sanctorum dare & tradere debeatis, nobiſque per
„alias ſuas litteras huiuſmodi terminos prorogandi, abreviandi,
„& de novo aſſignandi commiſerint plenariam facultatem pro ut
„hec & alia in predictis apoſtolicis litteris plenius continentur.
„Quodque littere ipſe propter certa accidentia adeo tarde nobis

Digitized by Google

„ *fuerint presentate, quod primus terminus hujusmodi primi anni*
„ *non posset aliquo modo observari. Nos vestris indempnitatibus*
„ *occurrere cupientes primum terminum huiusmodi primi anni vo-*
„ *bis in supradictis apostolicis litteris assignatum usque ad festum*
„ *Sancti Johannis Baptiste de mense Junij proxime venturi auctho-*
„ *ritate apostolica supradicta qua in hac parte fungimur tenore*
„ *presentium de speciali gratia prorogamus. Datum Cesene V. Ka-*
„ *lendas Aprilis Pontificatus dicti Domni Innocentii pape VI. anno*
„ *sexto.* Quo circa nos volentes mandatis apostolicis San-
„ ctis ut tenemur efficaciter obedire prefatum apostolica-
„ rum & dicti domini legati litterarum transumptum pu-
„ blica manu scriptum nostroque pendenti sigillo muni-
„ tum fraternitati vestre tenore presentium destinamus.
„ Datum in nostra Archiepiscopali aula mediolanensi an-
„ no nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinqua-
„ gesimo octavo die quarto decimo maij undecima Indi-
„ ctione.

„ Ego Johaninus natus domini Rogerii de Carchano
„ clericus mediolanensis publicus imperiali auctoritate no-
„ tarius hoc transumptum ab originalibus litteris apostoli-
„ cis supradictis dictique domini legati omni vitio & su-
„ spitione carentibus fideliter exemplavi & sumpsi meaque
„ propria manu scripsi illudque cum dictis originalibus lit-
„ teris ascultavi, & quia ipsum transumptum cum dictis
„ originalibus litteris reperi per omnia concordare ut ei-
„ dem exemplo adhibeatur de cetero plena fides me sub-
„ scripsi meoque consueto signo signavi in testimonium
„ premissorum.

Porro idem Andruinus a. 1366. alias ad Paullum litteras eadem in caussa perscripsit, quae sunt hujusmodi.

„ An-

Digitized by Google

„ Andruinus miseratione divina tituli Sancti Mar-
„ celli presbiter Cardinalis apostolice Sedis legatus venera-
„ bili in Christo patri .. Episcopo Laudensi salutem in
„ Domino. Dudum Sanctissimus pater & domnus noster
„ Dominus Urbanus divina providentia papa V. ad Lom-
„ bardie ac nonnullas alias partes & provintias cum ple-
„ ne legationis offitio nos destinans suas nobis concessit
„ apostolicas litteras in hec verba: *Urbanus episcopus Servus*
„ *Servorum Dei dilecto filio Andruino tituli Sancti Marcelli pres-*
„ *bitero Cardinali apostolice Sedis legato salutem & apostolicam*
„ *benedictionem. Dum te ad Lombardie ac nonnullas alias pro-*
„ *vincias, & terras in litteris nostris super tua legatione confe-*
„ *ctis expressas comisso tibi in eis plene legationis offitio pro ur-*
„ *gentibus & arduis ecclesie Romane negotiis destinemus nos ut in*
„ *commissis tibi hujusmodi negotiis eo possis prosperari facilius quo*
„ *maiori per nos fueris auctoritate munitus discretioni tue compel-*
„ *lendi quoslibet prelatos cuiuscumque preeminentie vel dignitatis*
„ *extiterint nec non regulares Cistercienses, premenstratenses,*
„ *Cluniacenses, Camaldulenses, & aliorum quorumcumque ordinum*
„ *magistros, priores, preceptores, & fratres Sancti Johannis Je-*
„ *rosolimitani, & aliorum quorumcumque hospitalium, seu domo-*
„ *rum, & alias ecclesiasticas personas Cathedralium, & aliarum*
„ *ecclesiarum sive monasteriorum exemptorum, & non exemptorum*
„ *per censuram ecclesiasticam ad contribuendum in procurationibus*
„ *tibi debitis non obstantibus quibuscunque privilegiis & indulgen-*
„ *tiis apostolicis per que possent in hac parte quomodolibet se tueri*
„ *& de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in*
„ *nostris litteris deberet fieri mentio spetialis plenam auctoritate*
„ *presentium concedimus potestatem. Datum Avinione Kalendis*
„ *Decembris pontificatus nostri anno secundo.* Licet autem hu-

 „ jusmo-

„ jusmodi plene legationis nostre commissio, & potestas
„ nobis super premissis & aliis velut apostolice Sedis le-
„ gato de latere attributa fuerit, & sit omnibus prelatis
„ clericis & personis ecclesiasticis constitutis infra nostre
„ legationis terminos plene nota tamen prout nonnullo-
„ rum fide digno relatu frequenter accepimus, & deinde
„ nos ipsi cognovimus, & probavimus Thomas de Tac-
„ chis Abbas Monasterii de Cerreto ordinis Cisterciensis
„ vestre Laudensis Diocesis, qui dudum ad nostram acce-
„ dens presentiam prefatas literas apostolicas inspexit &
„ legit, & quem ab excommunicationis sententia, quam
„ propter defectum solutionis procurationum nostrarum
„ predictarum incurrerat absolvi de gratia fecimus in for-
„ ma ecclesie consueta, sub tali tamen conditione cui
„ etiam ipse consensit, quod nisi infra certum terminum
„ iam elapsum de hujusmodi procurationibus nobis satisfa-
„ ceret in eandem excommunicationis sententiam reinci-
„ deret ipso facto, propter quod dicta excommunicationis
„ sententia est ligatus ne dum ab huiusmodi excommuni-
„ cationis sententia procuret absolvi, & nobis de dictis
„ procurationibus satisfacere ut tenetur, sed in sua rebel-
„ lione perdurans & contra propriam conscientiam se a
„ solutione dictarum procurationum exemptum allegans
„ prefata sententia ligatus divina presumit offitia celebra-
„ re, & immiscere se illis, in nostrum, & ecclesiastice
„ censure contemptum anime sue preiuditium, dampnum
„ quoque nostrum & pernitiosum exemplum & scanda-
„ lum plurimorum. Aliqui etiam ipsius Thome Abbatis
„ in hoc destigiis & subterfugiis inherentes sub exemptio-
„ nis pretextu nobis ut consueverunt & debent hujusmodi

„ pro-

Digitized by Google

„ procurationes denegant exhibere. Quare volentes ſuper
„ hiis ne idem Thomas & alii ipſius exemplo poſſint in
„ dampnum noſtrum de contemptu huiuſmodi gloriari
„ prout etiam anime ſue ſaluti expedit de oportuno reme-
„ dio providere Paternitati veſtre auctoritate apoſtolica
„ nobis ſuper hiis ut premittitur attributa preſentium te-
„ nore committimus & mandamus quatenus per vos, vel
„ alium, ſeu alios tam in maiori laudenſi quam aliis eccle-
„ ſiis, & monaſteriis veſtrarum civitatis & dioceſis de
„ quibus vobis expedire videbitur eundem Thomam Ab-
„ batem coram populo dum divina celebrabuntur offitia
„ campanis pulſatis, & candelis accenſis & demum ex-
„ tinctis tamdiu excommunicatum publice nuntietis, &
„ faciatis ab aliis nuntiari & a Chriſti fidelibus artius evi-
„ tari donec ad eccleſie mandata, & noſtra redierit humi-
„ liter pariturus, & a nobis meruerit abſolutionis benefi-
„ tium obtinere, & nihilominus ex nunc ipſum Thomam
„ Abbatem, & omnes alios clericos & perſonas eccleſia-
„ ſticas exemptos & non exemptos dictarum veſtrarum
„ civitatis & dioceſis qui in procurationibus huiuſmodi
„ contribuere conſueverunt & debent & illas ſolvere re-
„ cuſarent ſeu recuſabunt impoſterum pro parte noſtra ci-
„ tare curetis quos nos etiam preſentium tenore citamus
„ ut infra certum terminum peremptorium competentem
„ quem dicto Thome ex nunc & aliis ſic recuſantibus
„ ſolvere ſucceſſive duxeritis prefigendum coram nobis in
„ civitate Bononie ſub excommunicationis pena perſona-
„ liter ſtudeat, & ſtudeant comparere auditurus, & rece-
„ pturus, ac audituri, & recepturi ſuper premiſſis quic-
„ quid juſtitia ſuadebit. Diem vero citationis & formam

„ & quicquid in premiſſis duxeritis faciendum nobis per „ veſtras patentes litteras harum ſeriem continentes ſerio- „ ſius intimetis. Datum Bononie XI. Kalendas Decem- „ bris Pontificatus dicti domni noſtri domni Urbani pape „ V. anno quinto.

(*b*) XVI. decembris. Una hujus Synodi Conſtitutio ſupereſt de *decimis Novalium*.

(*c*) Huc ſpectat, quam a. 1358. 9. Januarii Rogerius Biffius Mediolanenſis Juriſperitus pro Epiſcopo Laudenſi contra Bernabonem Vicecomitem de *poſſeſſionibus bonis, & juribus loci de Caſtiono* tulit, ſententia eodem anno XXVII. Februarii ab Judice appellationum D. Andreolo de Dugnano confirmata.

(*d*) heic mendum typothetarum cubat; quum enim Ughellius nuper dixerit, Paullum obiiſſe a. 1386. quomodo heic in a. 1388. eius mors conijcitur? Ceterum non video, cur hoc biennio Angelus de Summaripa Laudenſi Eccleſiae datus Epiſcopus dici nequeat, quam eius nomine Mantellus adminiſtrarit. Certe nulla effingi cauſſa poteſt, cur tamdiu Laudenſis Sedes poſt Paullum vacarit. Veroſimilius ergo videtur, Paullo datum fuiſſe ſucceſſorem Angelum Cardinalem de Summaripa; hunc vero quum Eccleſiam ſuam variis curis diſtentus adire non poſſet curaſſe ut alius demum Epiſcopus eligeretur.

XLVI. PETRVS Scaliger Veronenſis Epiſcopus, ad hanc Laudenſem Eccleſiam translatus eſt 1388. (*a*) Duos tantum annos Laudenſem adminiſtravit Eccleſiam, exceſſitque voluntarius exul Laude Pompeia prima die Julii 1390. (*b*) cum Joanni Galeazzio Duci Mediolanenſi in ſuſpicionem veniſſet fluxae fidei; itaque Mantuae fato functus eſt anno 1393. (*c*)

AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

(*a*) X. Aprilis ejus anni jam Episcopus Petrus erat, eo enim die instrumentum dedit, quod etiamnum in Episcopali archivo delitescit.

(*b*) In eodem archivo legitur *electio & deputatio D. Lanfranchi de Mutonibus in Oeconomum Episcopatus facta* (pridie Kal. Julias) *per Capitulum Ecclesiae majoris Laudensis in executionem Litterarum* Johannis Galeatii Mediolanensis Ducis Papiae datarum III. Kal. Julii, ac praecipientium, ut ad diem VI. Julii Episcopus cum tota sua familia Laude recederet.

(*c*) alii in superiorem annum 1392. Petri obitum conferunt.

XLVII. FR. BONIFACIVS Butigella Papiensis, ex Ordine Eremitano Sancti Augustini, Papiensis universitatis Theologus, commendatione virtutum, Joannisque Galeazzi Ducis Mediolanensis a Bonifacio Nono Laudensis Episcopus adlectus est a. 1393. 5. die mens. Februarii (*a*), fato functus est Papiae 1404. (*b*) sepultusque est apud suos Augustinianos cum hoc epitaphio.

Hic iacet Rev. Dominus
& Pater Fr. Bonifacius Episcopus Laudensis
& Comes
Magister in Sacra Theologia
Ord. Fratrum Erem. S. Augustini
de domo illorum de Butigellis
primus Magister Papiensis qui obiit
Anno Domini MCCCCIV.

Digitized by Google

ADDITIO.

(*a*) immo ante diem Januarii VII. Nam eo die instrumentum quoddam confecit, quod etiamnum servatur. Ceterum maxima Bonifacium cura pro Ecclesiae suae juribus stetisse palam faciunt binae ejusdem Bonifacii IX. litterae, quas heic adfero.

„ Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei; dile-
„ ctis filiis Sancti Majoli Papiensis & Sancti Marci Lau-
„ densis prioribus ac Preposito Ecclesie Sancti Inventij
„ Papiensis salutem & Apostolicam Benedictionem. Ad
„ hoc nos Deus pretulit in familiam domus suae ut oportuna singulis provisionum auxilia fidelis servitutis injun-
„ cte providentia pro tempore dispensantes eorum presertim necessitatibus intendamus & occurramus dispendiis
„ ipsosque ab oppressionibus relevemus qui assumpti in
„ partem solicitudinis portionis sunt dignitatis titulo insigniti. Sane Venerabilis fratris nostri Episcopi Laudensis conquestione percepimus quod nonnulli Archiepisco-
„ pi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prelati, & Clerici ac
„ Ecclesiastice Persone tam Religiose quam Seculares nec
„ non Duces Marchiones Comites Barones Milites Nobiles & Laici comunia Civitatum universitates Oppidorum Castrorum Villarum & aliorum Locorum & alie
„ singulares persone Civitatum & Diocesum & aliarum
„ partium diversarum occuparunt, & occupari fecerunt
„ Castra Villas & alia Loca Terras Domos Possessiones
„ Jura & Jurisdictiones nec non fructus census redditus
„ & proventus Ecclesie sue & nonnulla alia bona mobilia
„ & immobilia spiritualia & temporalia ad Episcopum &

„ Ec-

Digitized by Google

„ Eccleſiam predictos ſpectantia & ea detinent indebite,
„ occupata, ſeu ea detinentibus preſtant auxilium conſi-
„ lium vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum Dioceſum
„ & partium predictarum qui nomen Domini in vacuum
„ recipere non formidant eiſdem Epiſcopo & Eccleſie ſu-
„ per predictis Caſtris Villis & locis aliis Terris Domibus
„ poſſeſſionibus Juribus & Juris dictionibus fructibus
„ cenſibus redditibus & proventibus eorumdem & qui-
„ buſcumque aliis bonis mobilibus & immobilibus ſpiri-
„ tualibus & temporalibus & aliis rebus ad eoſdem Epi-
„ ſcopum & Eccleſiam ſpectantibus multiplices moleſtias
„ & iniurias inferunt ac jacturas quare Prefatus Epiſco-
„ pus nobis humiliter ſupplicavit ut cum eidem valde
„ reddatur dificile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam
„ Sedem habere recurſum providere ſibi ſuper hoc pa-
„ terna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus oc-
„ cupatores preſumptores moleſtatores & iniuriatores hu-
„ juſmodi illo volentes eiſdem Epiſcopo & Eccleſie reme-
„ dio ſubvenire per quod ipſorum compeſcatur temeritas
„ & aliis additus committendi ſimilia precludatur diſcre-
„ tioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus
„ vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu
„ alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis con-
„ ſervatores & Judices prefatis Epiſcopo, & Eccleſie effi-
„ cacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis eoſ-
„ dem ſuper iis & quibuslibet aliis bonis & juribus ad
„ Epiſcopum & Eccleſiam predictos ſpectantibus ab eiſ-
„ dem vel quibuſvis aliis indebite moleſtari vel eis grava-
„ mina ſeu damna vel injurias irrogari facturi dicto Epi-
„ ſcopo cum ab eo vel procuratoribus ſuis aut eorum ali-

„ quo

„ quo fueritis requiſiti de predictis & aliis perſonis qui-
„ buslibet ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum Villa-
„ rum Terrarum & aliorum Locorum Juriſdictionum ju-
„ rium & bonorum immobilium, & mobilium reddituum
„ quoque & proventuum & aliorum quorumcumque bo-
„ norum nec non de quibuslibet moleſtiis injuriis atque
„ damnis preſentibus & futuris in illis videlicet que judi-
„ cialem requirunt indagginem ſumarie & de plano ſine
„ ſtrepitu & figura juditij in aliis vero pro ut qualitas eo-
„ rum exegerit juſtitie complementum occupatores ſeu de-
„ tentores moleſtatores preſumptores & injuriatores huiuſ-
„ modi nec non contradictores quoslibet & rebelles cuju-
„ ſcumque dignitatis ſtatus ordinis vel conditionis extite-
„ rint quandocumque & quotieſcumque expedierit aucto-
„ ritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione
„ poſtpoſita compeſcendi. Invocato ad hoc ſi opus fuerit
„ auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus tam felicis
„ recordationis Bonifacij Pape octavi predeceſſoris noſtri
„ in quibus cavetur ne aliquis extra ſuam Civitatem &
„ dioceſim niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra
„ unam dietam a fine ſue dioceſis ad juditium evocetur.
„ Seu ne judices & Conſervatores a Sede deputati predi-
„ cta extra Civitatem & Dioceſim in quibus deputati fue-
„ rint contra quoſcumque procedere ſive alij vel alijs vices
„ ſuas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine
„ dioceſis eorum trahere preſumant dummodo ultra duas
„ dietas aliquis auctoritate preſentium non trahatur ſeu
„ quod de aliis quam de manifeſtis iniuriis & violentiis &
„ aliis que judicialem requirunt indagginem penis in eos ſi
„ ſecus egerint & in id procurantes adjectis conſervatores

„ ſe

Digitized by Google

„ se nullatenus intromitt ant quam aliis quibuscumque
„ constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pon-
„ tificibus tam de judicibus delegatis & Conservatoribus,
„ quam de personis ultra certum numerum ad judicium
„ non vocandis aut aliis editis que vestre possent in hac
„ parte jurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio
„ quomodolibet obviare. Seu si aliquibus communiter vel
„ divisim a predicta sit sede indultum quod excomunicari
„ suspendi vel interdici seu extra vel ultra certa loca ad
„ judicium evocari non possint per litteras Appostolicas
„ non facientes plenam & expressam ac de verbo ad ver-
„ bum de indulto hujusmodi ac eorum personis Locis or-
„ dinibus & nominibus propriis mentionem & qualibet
„ alia indulgentia dicte Sedis generali vel speciali cujus-
„ cumque tenoris existat per quam presentibus non ex-
„ pressam vel totaliter non insertam vestre jurisdictionis
„ explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri &
„ de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in no-
„ stris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum vo-
„ lumus & Apostolica auctoritate decernimus quod quili-
„ bet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium
„ inchoatum quamvis idem inchoans nullo impedimento
„ fuerit canonico impeditus quodque a data presentium
„ sit vobis & unicuique vestrum in premissis omnibus &
„ eorum singulis ceptis & non ceptis presentibus & futu-
„ ris perpetuata ppresstas & jurisdictio attributa ut eo vi-
„ gore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis
„ & non ceptis presentibus & futuris & pro predictis
„ procedere ac si predicta omnia & singula coram vobis
„ cepta fuissent & jurisdictio vestra & cujuslibet vestrum

„ in

Digitized by Google

„ in predictis omnibus & singulis per citationem vel mo-
„ dum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutio-
„ ne predicta super conservatoribus & alia qualibet in-
„ contrarium edita non obstante presentibus quos post
„ quinquennium minime valituris.

„ Datum Perusii decimo septimo chalendas Julij
„ Pontificatus nostri anno quarto.

Aliae ejusdem Bonifacii litterae.

„ BOnifacius Episcopus Servus Serverum Dei. Dile-
„ cto filio Preposito Ecclesie Sanctorum Naboris, &
„ Felicis Laudensis salutem & Apostolicam Benedictio-
„ nem. Sua nobis Venerabilis Frater noster Bonifacius
„ Episcopus Laudensis petitione monstravit quod olim pro
„ parte Johannis quondam Bassiani de Ricardis Laici nati
„ Civis Laudensis nobis falso suggesto quod quarta pars
„ decime Territorij & districtus de Cotoneo Laudensis
„ Diocesis consueta per Episcopum Laudensem qui fuit
„ pro tempore laicis masculis tantum in feudum nobile as-
„ signati quam quondam Jacobus de Trezeno Laicus dum
„ vixerat ab Episcopo Laudensi pro tempore existente te-
„ nuerat in feudum per ipsius Jacobi obitum qui nullis re-
„ lictis Masculis hæredibus decesserat erat ad mensam Epi-
„ scopalem Laudensem legitime devoluta. Nos preposito
„ Ecclesie Sancte Marie & duodecim Appostolorum Pla-
„ centin. eius proprio nomine non expresso nostris dedi-
„ mus litteris in mandatis ut si esset ita & dicta pars ut
„ prefertur in feudum concedi consueviset ut prefertur
„ hujusmodi quartam partem prefato Johanni sub servitio

„ &

Digitized by Google

„ & Cannone consuetis auctoritate in feudum nobile con-
„ cederet falsoque referente Johanni Abbati Monasterii
„ Sancti Petri de Clivate ordinis S Benedicti Mediola-
„ nensis Diocesis, cui ut dicebat dilectus filius noster An-
„ gelus Sancte Lucie in septem foliis, Diaconus Cardina-
„ lis qui preposituram dicte Ecclesie ex concessione & di-
„ spensatione Sedis Appostolice obtinet super premissis
„ dictarum litterarum pretextu commiserat vices suas
„ utrum totaliter vel non totaliter aliter non expresso
„ quod dictus Bonifacius Episcopus impediverat ac impe-
„ diebat quominus idem Johannes Civis possessionem
„ quarte partis hujusmodi quam sibi asserebat fore pretex-
„ tu dictarum litterarum concessam apprehendere potuis-
„ set sive posset eundem Bonifacium Episcopum super hoc
„ petendo ipsum condemnari & compelli ad permitten-
„ dum ipsum Johannem Civem possessionem quarte partis
„ hujusmodi adipisci pretextu commissionis hujusmodi co-
„ ram eodem Abbate fecit ad juditium evocari. Pro parte
„ vero dicti Bonifacii Episcopi sententiis se a dicto Abba-
„ te indebite gravari ad sedem fuit Appostolicam appella-
„ tum cui quidem appellationi dictus Abbas detulit reve-
„ renter. Quo circa discretioni tue per appostolica scripta
„ mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi & au-
„ ditis hinc inde propositis quod justum fuerit appellatio-
„ ne remota decernas faciens quod decreveris per censu-
„ ram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui
„ fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint
„ censura simili appellatione cessante compellas veritati
„ testimonium peribere.

„ Datum Rome apud Sanctum Petrum tertio Cha-

„ len-

Digitized by Google

„ lendas Januarij Pontificatus noſtri anno octavo.

(*b*) De eo Corius parte IV. & Jovius in Galeatii vita.

XLVII. FR. IACOBVS Arigonus Laudenſis ex ordine Praedicatorum inſignis Theologus, ac Bononienſis Academiae Regens, longe doctiſſimus, tum & ſacri Palatij magiſter, Laudenſis Epiſcopus creatus eſt, reperitur que vocatus electus anno 1407. die 26. menſis Februarii (*a*), annoque 1409. Concilio Piſano interfuit (*b*), Conſtantienſi vero anno 1414. ubi Joannes XXII. ſe abdicare Pontificatu coactus eſt, quem ipſe Jacobus duorum menſium excepit hoſpitio, dum ad dicendam cauſam a Patribus Conſtantiam fuiſſet vocatus (*c*). Ibi Iacobus ſaepius doctiſſime peroravit (*d*), cumque rogatus ſententiam diceret pro oraculo habebatur, tantam exiſtimationem de ipſo mortales conceperant. Hanc Eccleſiam conſultiſſime rexit uſque ad annum 1418. deinde ad Tergeſtinam translatus eſt. Huius vitam proboſque mores, ac ſapientiam enarrarunt Ambroſius Teggius, Leander Albertus, Seraphinus Razzius, Antonius Senenſis, Michael Pius, & alij (*e*). (Laudatur a Fontana in Syllabo Magiſtrorum Sacri Palatii. MANDOS.)

ADDITIO.

(*a*) In ſubſcriptionibus Concilii Piſani, quas e Taurinenſi Codice protulit Cl. P. Manſius T. III. Supplem. ad Conc. Veneto-Labbeana, col. 1069. dicitur *promotus a Gregorio XII. die VII. Kal. Februarii* 1407. *Indictione XV.*

(*b*) Conſer Harduinum T. VIII. Concil. col. 102.

Vide

Digitized by Google

(*c*) Vide Seſſionem X. Conſtantienſis Concilij T. eodem VIII. Harduin. collectionis col. 329.

(*d*) Orationes ejus in eo Concilio habitas juris publici fecit Hermannus ab Hardt in Actis Concilii Conſtantienſis T. I. part. XX. T. III. part. I. & pag. 55. ac T. V. pag. 115., ex quibus Orationem adverſus Hieronymum Pragenſem ediderat Bzovius *ad an.* 1415. *num.* 49. Hiſce aliam ante ingreſſum electorum in conclave a. 1417. VIII. Novembris habitam, addidit Quetifius T. I. Biblioth. Ord. Praedic. *pag.* 785. *ſeq.* In Codice Riccardianae Bibliothecae, ut in ejus Catalogo videre eſt *pag.* 239., praeter orationem ſuper condemnatione Hieronymi de Praga, quam etiam Labbeus in nova Bibliotheca MSS. librorum *p.* 376. in codice Monaſterii Longipontis exſtitiſſe perhibet, oratio legitur *ad Ambaſſiadores Regis Caſtellae venientes ad Concilium Conſtantienſe recitata in quadam terra vocata Scafuſa in feſto dominicae Nativitatis*; item *oratio ad Patres eiuſdem Concilij in exequiis Ferdinandi Aragonum Regis a* 1416. *die* XXX. *menſis Maij*, ac tandem *ſermo in Feſto S. Thomae Archiepiſcopi Cantuarienſis habitus in eodem Concilio a.* 1415. quae tres orationes deſiderantur in Hardtii editione.

(*e*) quos inter Johannes Albertus Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Latinit. T. IV. Patav. edit. p.* 12. & Catalanus de Magiſtris Sacri Palatii. Adde & Quetifium *T. I. p.* 757. *&* 783.

XLVIII. GERARDVS de Capitaneis de Landriano Mediolan. Canonicus Eccleſiae S. Trinitatis Papienſis a Martino V. Columna Laudenſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam 1418. 3. Id. Martii (*a*), ſequentique anno idibus Martij, eiuſdem Eccleſiae declaratus Epiſcopus, ſolemni

lemni ritu inijt poſſeſſionem. Concilio Baſilienſi interfuit, a cuius patribus miſſus Nuntius eſt ad Britanniae Regem anno 1432. (*b*). Caeterum in Laudenſi Eccleſia duas dignitates erexit, Archidiaconatum ſcilicet, & Primiceratum, auxitque menſam epiſcopalem. Cuius tempore Coenobium Villanovanum Ord. Montis Oliveti conditum eſt in hac Dioceſi ab Angelo Card. de Anna, ex voluntaria Nicolai Summaripae fratris teſtamentaria inſtitutione. Ad Comenſem deinde Eccleſiam Gerardus ab Eugenio IV. translatus eſt 1437. (*d*) Non. Martii anno vero 1439. in generali Concilio Florentino ab eodem creatus Cardinalis, legatuſque de latere ad Ducem Mediolanenſem. Viterbij deceſſit anno 1445. Id. Octob. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci (de eo Ciacconius Oldoini T. II. col. 910.) (*e*)

ADDITIO.

(*a*) non die XV. Martii, ut perperam Argelatus in Bibliotheca ſcriptorum Mediolanenſium *col.* 772.

(*b*) Gerardi ad Regem Angliae Legati exſtat oratio in appendice Baſileenſis Concilii T. VIII. Harduin. Collect. *col.* 1513. Addit Cl. P. Manſius in notis ad Fabricij Biblioth. med. & inf. latin. *T. III. col.* 42. exſtare in Vindobonenſi Codice *collationem factam ad Univerſitatem Colonienſem per Epiſcopum Laudenſem* (Gerardum) *Ambaſiatorem Sacri Concilii Baſileenſis*. Sed in ipſo Concilio Baſileenſi plures ſermones habuit, de quibus confer Dupinium *Biblioth. Eccleſ. T. XII. pag.* 92. Neque haec tantum ſuperſunt Gerardi doctrinae monumenta. Argelatus *col.* 773. quinque Gerardi

Digitized by Google

rardi eruditiſſimas latinas litteras commemorat Florentiae ad Petrum Candidum Decembrium datas a. 1441. Addit & epiſtolam Gerardi ad Gaſparinum Barzizium, quae exſtat inter *epiſtolas familiares ipſius, editionis Romanae* 1723. *in* 4. *pag.* 215.; ſed fallitur; ea enim epiſtola non Gerardi eſt ad Barzizium, ſed Barzizii ad Gerardum; ex illa tamen diſcimus, univerſam litterariam Rempublicam Gerardo gratias debere ſane immortales, quod tres Ciceronis *de Oratore* inſignes libros Laude Pompeja repertos vetuſto in Codice ad Barzizium miſerit, cuius ſtudio interitum evaſere. Quod ſi Johannes Albertus Fabricius animadvertiſſet, Gaſparino trium horum de Oratore librorum inventionem, cujus gloria ad unum Gerardum noſtrum ſpectat, haud tribuiſſet *Biblioth. Lat. T. I. lib.* 1. *c.* 8. *Ven. edit. pag.* 101. Ceterum mirum non eſſet, Gerardi plures exſtare epiſtolas; fuit enim illi litterarum conſuetudo cum doctiſſimis quibuſque ſuae aetatis viris, Antonio Panormita, Franciſco Philelpho, Laurentio Valla, Leonardo Bruno Aretino, aliiſque.

(*c*) Juvat in hanc rem Gerardi epiſtolam proferre ad ſucceſſorem ſuum Antonium Bernerium.

„ Gerardus miſeratione divina tituli Sancte Marie „ Intranſtiberim Sancte Romane Eccleſie Presbiter Cardi„ nalis Cumanus vulgariter nuncupatus Sedis Apoſtolice „ Legatus. Reverendo in Chriſto Patri, & Domino An„ tonio Epiſcopo Laudenſi ſalutem in Domino. Exigit „ noſtri cura officij, ut circa ſtatum Eccleſiarum ſalubri„ ter dirigendum quantum cum Deo poſſumus intenda„ mus. Unde nos conſiderantes, quod Epiſcopalis menſa „ veſtre Eccleſie Laudenſis, cui dudum licet immeriti

Digitized by Google

„ prefuimus, propter varios finiſtros eventus in ſuis red-
„ditibus & proventibus adeo eſt diminuta, quod juxta
„ pontificalis dignitatis decentiam non valetis commode
„ ſuſtentari, quodque in parochiali eccleſia Archipresbite-
„ ratus nuncupata Sanctorum Martini, & Allexandri
„ Laudenſis dioceſis, ac quoddam perpetuum ſine cura
„ beneficium Canonicatus nuncupatum in ipſa Eccleſia
„ inſtitutum longo jam tempore defluxo raro vel nun-
„ quam divina celebrata fuerunt officia, illorumque fru-
„ ctus redditus & proventus utpote viginti florenorum
„ auri ſummam annuatim non excedentes ſunt etiam adeo
„ tenues, quod illi qui Eccleſiam & beneficium hujuſmo-
„ di pro tempore obtinuerunt, apud illam perſonalem non
„ fecerunt reſſidentiam ex quo divinus cultus diminuitur
„ & eccleſia ipſa fere ruine ſubjacet. Hos itaque etiam
„ conſiderantes quod terre ad ipſam eccleſiam ſpectantes
„ ſunt terris & poſſeſſionibus ipſius menſe permixte, &
„ plurimum accomode, premiſſis & certis aliis legitimis
„ cauſis inducti non ad alicujus peticionis inſtantiam, ſed
„ ex certa noſtri ſcientia parochialem eccleſiam & benefi-
„ ficium hujuſmodi, ſi vacant ad preſens vel cum proceſ-
„ ſum vel deceſſum vacaverint dummodo tunc non ſit in
„ eis alicui ſpecialiter jus queſitum cum omnibus juribus
„ & pertinentiis ſuis menſe Epiſcopali Eccleſie Lauden-
„ ſis, Auctoritate noſtre Legationis tenore preſentium
„ perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ita-
„ que liceat vobis per vos vel procuratorem veſtrum ad
„ hoc legitime conſtitutum corporalem eccleſie & benefi-
„ cij huiuſmodi ſi vacant vel cum vacaverint ut prefertur
„ poſſeſſionem apprehendere illorumque fructus redditus

„ &

Digitized by Google

„ & proventus iſti veſtros ac menſe & eccleſie nec non „ beneficij hujuſmodi uſus utilitatemque convertere & „ perpetuo retinere alicujus ſuper hoc licentia vel aſſenſu „ minime requiſitis. Volumus autem quod idem omnia one- „ ra tam parochialis eccleſie quam beneficium hujuſmodi „ pro tempore incumbentia perferre debeatis & teneamini „ in illis deſerviri facere laudabiliter in divinis. Datum „ Mediolani in domo habitationis noſtre. Anno Nativita- „ tis Dominice Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo „ die vigeſimo Februarij Pontificatus vero Sanctiſſimi in „ Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Eugenij divina „ providentia Pape quarti anno nono.

(*d*) Haec autem ſepulcro adpoſita eſt epigraphe.

Gerardus Landrianus Mediolanenſis
S. R. E. Card. Ampliſſimus
Aliquot ſub Eugenio IV. legationibus
functus
Viterbii VIII. Idus Octobris MCDXLV.
e vita diſcedens
hic ſummâ cum pietate conditur.

XLIX. ANTONIVM deinde BERNERIVM (de quo Campius in hiſt. Placent. part. 3. pag. 214. MANDOS) *Parmenſem* ſui ſæculi celeberrimum Juriſconſultum (*a*) Eugenius quartus Laudenſem vocavit ad Sedem an. 1437. Dieque Sancto Michaeli Sacra, ſolemni ritu inijt poſſeſſionem eiuſdem anni (*b*). Eccleſiae ſibi creditae Praeſul utilis fuit, quippe qui tum quae ad animum, tum quae ad cultum vitae videbantur ſpectare, mirum in mo-

Digitized by Google

dum auxerit (c) qua capitulo, qua menſae Epiſcopali plurimis bonis, Eccleſiaeque veſtibus ſacris Codicibuſque reconditae doctrinae attributis. Capituli ſtatuta cenſuit reformanda. Parmae e vivis eximitur 1456. die 29. menſis Maij ſepultuſque eſt in Cathedrali in ſacello a ſe conſtructo in honorem *S. Baſſiani*, & in rubro marmore ejus ſpectatur effigies, legiturque ſequens Epitaphium.

Templum fuit Antonio Bernerio,
Humani
ſacrique juris doctiſſimo, Epiſcopo Lauden.
de Juſtitia
veraque Religione benemerito
ſua pietate
Hieronymus Jureconſultus inſignis patruo
optimo.

ADDITIONES.

(a) atque ut videtur, Mediolanenſis Archiepiſcopi generalem Vicarium 1. Martii 1418.

(b) Sequenti anno Eugenius IV. ſcripſit quas heic reddo litteras ad Antonium noſtrum aliqua ratione ſpectantes:

„ Eugenius epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis „ filiis maioris & Sanctorum Naboris & Felicis ac Sancti „ Geminiani Laudenſis eccleſiarum prepoſitis ſalutem & „ apoſtolicam benedictionem. Vite ac morum honeſtas, „ aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita ſuper „ quibus apud nos dilectus filius Criſtoforus de Bonergis „ Rector parrochialis eccleſie ſancti Laurentij de Dova-

„ ria

Digitized by Google

„ ria papiensis diocesis fide digno commendatur testimonio
„ nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.
„ Dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis eccle-
„ siis principales tunc vacantes & in antea vacaturas col-
„ lationi & dispositioni nostre reservavimus decernentes
„ ex tunc irritum & inane si secus super hiis a quoquam
„ quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret
„ attemptari. Cum itaque postmodum archipresbiteratus
„ qui dignitas principalis in ecclesia Sanctorum Sessini,
„ Martini Martiris & Alexandri de Galghegnano Lau-
„ densis Diocesis existit & quem quondam Johannes de
„ Trexeno ipsius ecclesie Archipresbiter dum viveret obti-
„ nebat per obitum eiusdem Johannis qui extra Romanam
„ Curiam diem clausit extremum vacaverit & vacet ad
„ presens nullusque de illo preter nos hac vice disponere
„ potuerit sive possit reservatione & decreto obsistentibus
„ supradictis. Nos volentes prefato Cristoforo asserenti
„ quod dilectus filius Clovinus de Melegnano qui se gerit
„ pro presbitero Mediolanensis diocesis pretextu collatio-
„ nis sibi ut asserit per dilectum filium Jacobum de Fossa-
„ to fructuum & proventuum Camere apostolice in parti-
„ bus illis debitorum collectorem nulla super hoc apostoli-
„ ca auctoritate suffultum facte licet de facto, & absque
„ alicuius alterius iuris adminiculo eundem archipresbite-
„ ratum per annum vel circiter detinuit prout detinet oc-
„ cupatum premissorum meritorum suorum intuitu gra-
„ tiam facere specialem discretioni vestre per apostolica
„ scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus ve-
„ strum si vocatis dicto clovino & aliis qui fuerint evo-
„ candi Archipresbiteratum predictum cui cura imminet

 „ ani-

„ animarum & ad quem consuevit quis per electionem as-
„ sumi cuiusque fructus redditus, & proventus viginti
„ florenorum auri secundum communem extimationem
„ valorem annuum, ut idem Cristoforus asserit non exce-
„ dunt ut premittitur aut alias quovis modo vel ex alterius
„ cuiuscumque persona seu per liberam resignationem ali-
„ cuius de illo indicta curia vel extra eam etiam coram
„ Notario publico & testibus sponte factum aut constitu-
„ tione felicis recordationis Johannis Pape XXII. prede-
„ cessoris nostri que incipit *Execrabilis* seu assecutionem
„ alterius beneficij incompatibilis quavis auctoritate collati
„ vacare reppereritis illum etiam si tanto tempore vacave-
„ rit quod eius collatio iuxta Lateranensis Statuta Concilij
„ ad dictam Sedem legitime devoluta ipseque Archipresbi-
„ teratus dispositioni apostolice specialiter vel alias gene-
„ raliter reservatus existat, & super eo inter aliquos lis
„ cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso
„ pendeat indecisa cum omnibus iuribus & pertinentiis
„ suis eidem Cristoforo auctoritate nostra conferre & assi-
„ gnare curetis, Inducentes per vos, vel alium seu alios
„ eundem Cristoforum vel procuratorem suum eius nomi-
„ ne incorporalem possessione Archipresbiteratus iurium-
„ que & pertinentiarum predictorum & defendentes in-
„ ductum a moto exinde Clovino & quolibet alio detento-
„ re, ac facientes ipsum Cristoforum vel dictum procura-
„ torem pro eo ad Archipresbiteratum huiusmodi ut est
„ moris admitti sibique de illius fructibus redditibus pro-
„ ventibus juribus, & obventionibus universis integre re-
„ sponderi. Contradictores auctoritate nostra appellatio-
„ ne postposita compescendo. Non obstantibus pie memo-

„ rie

„ rie Bonifacij pape VIII. etiam predeceſſoris noſtri &
„ aliis apoſtolicis conſtitutionibus nec non dicte eccleſie
„ de Galghegnano iuramento confirmatione apoſtolica vel
„ quacumque firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetu-
„ dinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper
„ proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus ipſius eccleſie
„ de Galghegnano ſpeciales vel aliis beneficiis eccleſiaſti-
„ cis in illis partibus generalibus dicte Sedis vel Legato-
„ rum eius litteras impetrarint etiam ſi per eas ad inhibi-
„ tionem reſervationem & decretum vel alias quomodoli-
„ bet ſit proceſſum quibus omnibus prefatum Criſtoforum
„ in aſſecutione archipresbiteratus huiuſmodi volumus an-
„ teferri ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem di-
„ gnitatum aut beneficiorum aliorum preiudicium genera-
„ ri. Seu ſi venerabili fratri noſtro Epiſcopo Laudenſi &
„ dilectis filiis capitulo dicte eccleſie de Galghegnano vel
„ quibuſvis aliis communiter vel diviſim, a dicta ſit Sede
„ indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicuius
„ minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici
„ ſuſpendi vel excomunicari non poſſint. Quodque de-
„ dignitatibus ipſius eccleſie de Galghegnano vel aliis be-
„ neficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem
„ preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitio-
„ nem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat
„ provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam
„ & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſ-
„ modi mentionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgen-
„ tia generali vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat per
„ quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſer-
„ tam effectus huiuſmodi gratie impediri valeat quomodo-

 „ libet

„ libet vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore haben-
„ da ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Aut ſi dictus
„ Criſtoforus preſens non fuerit ad preſtandum de obſer-
„ vandis ſtatutis & conſuetudinibus ipſius eccleſie de Gal-
„ ghegnano ſolitum iuramentum dummodo in abſentia
„ ſua per procuratorem ydoneum, & cum ad eccleſiam
„ ipſam acceſſerit corporaliter illud preſtet. Seu quod di-
„ ctus Criſtoforus ut etiam aſſerit parrochialem eccleſiam
„ predictam cuius fructus redditus & proventus etiam vi-
„ ginti florenorum ſimilium ſecundum exiſtimationem pre-
„ dictam valorem annuum non excedunt noſcitur obtine-
„ re. Volumus autem quod quamprimum dictus Criſtofo-
„ rus dictum archipresbiteratum fuerit vigore preſentium
„ pacifice aſſecutus parrochialem Eccleſiam prefatam
„ quam ex tunc vacare decernimus omnino dimittere te-
„ neatur. Et inſuper prout eſt irritum decernimus &
„ inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate
„ ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus
„ vel impoſterum contigerit attemptari. Datum Ferrarie
„ Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringente-
„ ſimo triceſimo octavo tertio Idus Auguſti. Pontificatus
„ noſtri anno octavo.

(c) Huc ſpectant eiuſdem Eugenii IV. ad Anto-
nium litterae, quas profero.

„ Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dile-
„ cto filio Prepoſito Eccleſie Sancti Michaelis Laudenſis
„ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex apoſtolice
„ ſervi tutis officio digne inducimur ut ad ea favorabilem
„ & benivolum prebeamus aſſenſum per que eccleſiarum
„ preſertim Cathedralium utilitati conſulatur. Exhibita

„ ſiqui-

Digitized by Google

„ ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri
„ Antonii Epiſcopi Laudenſis petitio continebat, quod
„ ipſe duas pecias terre in territorio de Galgagnano Lau-
„ denſis Dioceſis pro nonnullis aliis peciis terrarum Cri-
„ ſtofori Barni, ac quamdam domum in civitate Laudenſi
„ conſiſtentes, & ad eccleſiam Laudenſem cui idem Epi-
„ ſcopus preeſſe dignoſcitur legitime pertinentes ex quibus
„ eccleſia ipſa ultra quinque Florenos auri de camera non
„ percipit annuatim pro quadam alia domo Lazarini de
„ Cagamuſtis Civium Laudenſium dilectorum filiorum
„ quos ad hoc condeſcendere ſperat pro utilitate dicte ec-
„ cleſie permutare deſiderat ſi ad id apoſtolice ſedis inter-
„ cedat aſſenſus. Quare pro parte dicti Epiſcopi nobis
„ fuit humiliter ſupplicatum ut ſibi permutationem huiuſ-
„ modi faciendi licentiam concedere de benignitate apo-
„ ſtolica dignaremur. Nos igitur qui de premiſſis certam
„ notitiam non habemus hujuſmodi ſupplicationibus in-
„ clinati diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus
„ quatinus de premiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum
„ circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter
„ informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe
„ nec non ſi fiat permutationem predictam in evidentem
„ dicte eccleſie utilitatem cedere reppereris ſuper quo
„ tuam conſcientiam oneramus eidem Epiſcopo pecias ter-
„ re ad eccleſiam pro peciis terrarum Criſtofori & domum
„ ad eccleſiam ſpectantes pro domo Lazarini huiuſmodi,
„ quas omnes per earum nomina ſeu vocabula qualitates,
„ quantitates & confines preſentibus haberi volumus pro
„ ſufficienter expreſſis cum omnibus juribus & pertinen-
„ tiis ſuis permutandi aliaque omnia & ſingula deſſuper

„ neceſ-

Digitized by Google

„ neceſſaria & oportuna faciendi licentiam eadem noſtra
„ auctoritate concedas. Non obſtantibus apoſtolicis Con-
„ ſtitutionibus & ordinationibus ac eccleſie predicte jura-
„ mento confirmatione apoſtolica vel quavis alia firmitate
„ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus ceteriſque contra-
„ riis quibuſcumque. Datum Senis anno Incarnationis
„ Dominice milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ter-
„ tio ſexto decimo Kalendas Auguſti Pontificatus noſtri
„ anno tertio decimo.

L. CAROLVS e Marchionibus Pallavicinis Parmenſis, Orlandi filius, Protonotarius Apoſtolicus, Bernerio ſuffectus eſt 1456. die 5. menſis Julii. Hic ille generoſus Praeſul eſt, qui Eccleſiaſticam ſupellectilem, gemmis, auroque adauxit, aliiſque preciosis rebus vel ad invidiam, intulitque in Bibliothecam capituli exquiſtiſſimos codices, addiditque quartam Archipresbyteratus dignitatem, magnumque Xenodochium erigendum curavit, tantaeque charitatis erat in pauperes, ut vulgo pauperum Pater vocaretur: deceſſit, haud interitura ſuae probitatis relicta fama 1497. Kal. Octobris in oppido Monticelli Parmenſis ditionis (*a*).

ADDITIO.

(*a*) quo in loco quum a. 1642. Eccleſia inſtaurare-tur, aperto Pallavicini Sarcophago eius corpus plane integrum, intactumque non ſine ſpectantis populi admiratione repertum fuit, ut Joſeph Bretlianus narrat in libro inſcripto: *Roſe e viole di Cremona* p. 74. Caeſar Saccus Laudenſis Canonicus de Caroli Antiſtitis Laudibus orationem habuit.

LI.

Digitized by Google

LI. OCTAVIANVS Maria Sfortia Merlij comes, ex celebri Galeazzio Maria Mediolanenſi duce natus, Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt ab Alexandro Sexto Pontifice anno 1497. die 27. menſis Octobris. Hanc ſibi creditam Eccleſiam varia fortuna Sfortia adminiſtravit. Cum enim Ludovicus XII. Rex Gallorum Mediolanum cepiſſet, Octavianus Laude Pompeia exul exceſſit anno 1501. uſque ad ann. 1512. (a) Quo tempore ex auctoritate, tum Regia, tum Pontificia, Claudius Sexatellus Aquenſis Eccleſiam Laudenſem ſuſcepit regendam. Iterum ad Eccleſiam ſuam rediit Octavianus, cum Maximilianus amiſſum Principatum, per eundem Octavianum Generalem Gubernatorem recuperaſſet: Caeterum cum Galli, auſpice Rege Franciſco iterata incurſione Mediolano potiti fuiſſent anno 1515. iterum ſolum vertere coactus eſt, abiectaque ſpe redeundi, Laudenſem cum Aretina Eccleſia commutavit, eamque Sedem obtinuit uſque ad annum 1527. Iterumque exactis Gallis, vocante Duce Franciſco Sfortia, priſtinae ſuae ſedi reſtitutus eſt, illamque per Sanſonium adminiſtravit, ſed cum Duci Franciſco, veniſſet in ſuſpicionem parum ſincerae fidei, exul voluntarius iterum effectus eſt, revocatuſque ibi moratus eſt uſque ad annum 1531. Et ſatagente Clemente Septimo, etiam Sanſonius Laudenſi adminiſtrationi iterum promovetur; ipſe vero Mediolanum conceſſit, ibique variantis fortunae pertaeſus privatam vitam exegit uſque ad annum 1540. quo ipſo anno ad tranquillioris vitae portum ex hac aerumnoſa pervenit, vir conſtanti animo, & alacri, & ad omnem fortunae dolum provido, & inſuperabili. Illius meminit Guicciardinus lib. 17. ſuarum hiſtoriarum. Petrus Bembus lib. 2. Epiſtolarum, & alii. AD-

Digitized by Google

ADDITIO.

(a) Ludovicus Cavitellus in Annal. Cremonenſ. ſub ann. 1512.

LII. HIERONYMVS Sanſonius Saonenſis ex Aretino Epiſcopo, Laudenſis effectus eſt anno 1519. die 14. menſis ..... Hic modo abſens, modo praeſens, ut tulerant eventus belli illius factioſiſſimi ſaeculi, ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, donec, vel ab ipſis hoſtibus eius probitate perſpecta, tranquille permiſſus eſt eccleſiaſticum cultum augere. Fato functus eſt anno 1536.

LIII. IACOBVS Symonetta Mediolanenſis S. R. E. Cardinalis, a Paulo III. hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam anno 1536. Quam paulo poſt tranſtulit in Joann. Symonettam nepotem. Fuit etiam Piſaurenſis Epiſcopus & Peruſinus, de quo ibi.

ADDITIO.

Mortuus eſt Romae a. 1539. Kal. Novembris & in Monte Pincio humatus in aedibus Sanctiſſimae Trinitatis. De eo Ciacconius Oldoin. T. III. col. 570.

LIV. IOHANNES Symonetta Mediolanenſis, Cardinalis Jacobi nepos, ex Mediolanenſi Senatore Epiſcopus Laudenſis adlectus fuit 1537. Cathedralem conſecravit 1540. 15. Kal. Januarij in honorem Beatiſſimae Virginis in coelum Aſſumptae, Sanctique Baſſiani, illamque ſplendido veſtium cultu donavit. Mediolani deceſſit anno 1556. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Gratiarum.

LV. IOHANNES ANTONIVS Capiſuccus vetuſta

Digitized by Google

ſta ac nobili Romana familia natus, nepos Pauli illius celeberrimi Rotae Decani, Papaeque Vicarii ac Epiſcopi Neocaſtrenſis, a quo ex norma Romanae Aulae educatus fuit, ibique omnes propemodum dignitatis gradus aſſecutus, ob vividam nobilemque indolem; demum a Paulo IV. presbyter Cardinalis declaratus eſt ad titulum S. Pancratii 1557. eodemque anno die 5. Julii Laudenſis ſuffectus Epiſcopus. Titulo deinde S. Crucis in Hieruſalem, Sanctique Clementis inſignitus fuit, apud quem decedens, tumulatus fuit 1569. ubi hoc legitur Epitaphium.

Joanni Antonio Capiſucco
tit. S. Clementis Presbyter Cardin.
Epiſcopo Laudenſi,
a Pio IV.
Subſignandis gratiae reſcriptis praepoſito
viro integerrimo
pietatis, religionis Chriſtianae
cultori praecipuo.
Hieronymus Capiſuccus Patruo Benem.
Poſuit
Vixit annos LIII. M. III. D. VIII.
Obiit IV. Kalend. Februarii
M. D. LXIX.

De eo Ciacconius Olduini T. III. col. 85. & Mandoſius in Biblioth. Rom. Vol. 1. p. 93.

LVI. ANTONIVS Scarampus ex Canellae Comitibus, Nolanus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1569. die 11. Menſis Martii (*a*). Cuius

Epi-

Digitized by Google

Episcopatus solemni ritu iniit possessionem 7. Id. Octobris eiusdem anni. E vestigio dioecesim omnem perlustravit ipse per se, ne quid negligeretur, annoque 1574. conditis saluberrimis legibus, Synodum celebravit. S. Ursulae Congregationem instituit, earumque mulierculorum, quae veternum libidinis excusserant, septa fundavit. Erexit duo Collegia, alterum Clericorum, Orphanorum alterum, proque summis Pontificibus pluribus legationibus inclaruit. Decessit post quartum provinciale Concilium (*b*) anno 1576. 3. Kal. Aug. cum iam sexagesimum ageret annum, sepultusque est in Cathedrali, in eiusdem exequiis S. Carolo Borromaeo Archiepiscopo Mediolanensi, & Cardinali Scarampianas laudes recensente (*c*). Porro ad eius tumulum hoc habetur Cenotaphium sub confessione.

D. O. M.

Antonio Scarampo
Ex Ill. & antiqua Cannellarum Comitibus
qui Summorum Princ. nomine
apud Reges, Imperatorem, Maximosq. Pont.
legatione prudenter functus
Nolanam Ecclesiam an. XX. Lauden. vero VII.
summa utriusque gregis commendat.
administravit
aedificiis, censuve auxit
moribus, & sanctiss. institutis exornavit
admirabili suavitate, & consuetudinis
iucunditate clarissimo.
Vixit ann. LX. m. III. Obiit anno
M. D. LXXVI. III. *Kal. Aug.*

Qua

Digitized by Google

Qua die Reverendum Capitulum ex legato
ad anniversarium sacrum teneretur
Bartholom. Georgius Avunculo pientissimo
B. M. P.

ADDITIO.

(*a*) immo 9. Martii

(*b*) cui interfuerat, ut videre est T. X. Harduin. Collect. col. 946.

(*c*) De eo Carolus a Basilica Petri, & Giustianius in vita eiusdem S. Caroli, Hippolytus Donesmundius in hist. Ecclesiast. Mantuae, fusissime autem Johannes Stephanus Remondinius T. III. hist. Eccles. Nol. p. 217. seqq. ubi & hanc inscriptionem refert, quam Franciscus Carapha Scarampio in Nolano templo ponendam composuit.

Antonius Scarampus Aquensis
ex Illus. Cannellarum Comitibus
Plurimisque clarissimus legationibus
ab an. MDXLVI.
Francisci Brumi in hac Nol. Eccl.
Episcopus Coadiutor
& an. MDXLIX.
Episcopus renunciatus
Interfuit Sacros. Conc. Tridentino
& iuxta ejusdem Statuta hic erexit
Clericorum Seminarium
aedificavitque decentius Sacrarium
Dioecesim diligentissime perlustravit

san-

Digitized by Google

ſanctiſſiſque praemunivit legibus
Poſt XXII. *Ann.*
commendatiſſimi regiminis
ad Laudenſem Eccleſiam translatus
obiit An. MDLXXVI.
Aet. ſuae LX.

LVII. HIERONYMVS FEDERICVS e Trivilio, Dioceſis Mediolanenſis, filius Margaritae Butinionae ſororis Joannis Mariae Sagonae Epiſcopi, poſt Avunculum Sagonae primum Epiſcopus adlectus eſt, deinde Martoranae in Regno, indeque ad Laudenſem translatus eſt die 6. Menſis Auguſti 1576. ſequentique anno 17. Kal. Januarij ſolemni pompa ingreſſus eſt Laudem Pompeiam. Maximae exiſtimationis apud omnes fuit ob ſingularem agendi dexteritatem. Quamobrem adminiſtravit Romanam, functuſque egregie eſt Aemiliana Praefectura. Interfuit quinto Concilio Provinciali anni 1579. Reverſuſque ad Eccleſiam ſuam fato conceſſit 8. id Decembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Ad cuius tumulum hoc proſtat legentibus epitaphium.

D. O. M.
Hieronymo Federico Epiſcopo
Juris, ac forenſium rerum peritia inſigni
Eccleſiaſticae libertatis acerrimo
defenſori
Ludovicus Taberna ſucceſſor poſuit
anno M. D. C. II.
vixit ann. LXIII. *Obiit* VIII. *Id. Novemb.*
M. D. LXXIX.

Cui

Digitized by Google

Cui demortuo a Hieronymo Ragazzono Episcopo Bergomensi, in eius exequiis perorante, datus fuit titulus pacis conciliatoris, amatoris iustitiae, patrisque pauperum, de quo sic loquitur Achilles Mutius in Theatro Bergomensi lib. 6.

Et ne sileam Praesul Hieronyme: fama
Federice, & virtus, multus honosque facit.
Officiis quibus es Romae perfunctus honoris
Constat quo eloquio, qua probitate fores.
Praecipuam vero laudem, nomenque reportas
Discordes animo conciliare simul
Ipse per Aemiliae Pastoris Nuncius urbes
Flexit iratas ad benefacta manus
Hinc pastorales populi Laudensis habenas
Laudatus, missus, promerituque capis.
Tu cui tam faciles veniunt ad vota Camenae
Et merita, & Laudes dic Gabrariae suas.

Sed nec praetereundum, quod idem Achilles Mutius in eodem libro cuiusdam Matthaei Lulmi civis Bergomatis, & Laudensis Episcopi meminit, quem miris laudibus extulit, de quo nulla in huius Ecclesiae monumentis, neque apud ullos, quos viderim, auctores exstat memoria; fortasse potuit eveniisse ut Matthaeus Proepiscopus Laudensis fuerit, vel alterius Ecclesiae Praesul, ac ipse Achilles explicet quo tempore vixerit Lulmus, Laudensique Ecclesiae fraenaverit iura, dum cecinit:

Digitized by Google

Laudis Pompejae longam paſtoria Lulmus
Matthaeus rexit iura pedumque bonus.
Quae non ille fide pro ſancta pertulit? Arri
Contudit inſanum, quis mage dogma tuam.

LVIII. LVDOVICVS Taberna Mediolanenſis, poſt plures Eccleſiaſticae ditionis adminiſtratas conſultiſſime civitates, Romamque ipſam fraenatam, ex Theſaurario generali Apoſtolicae Camerae, Laudenſis Epiſcopus renunciatus eſt nona die menſis Decembris 1579. inſecutoque anno inauguratus 4. Id. Martij. Qui cum in eam curam ſedulo incubuiſſet, ut omnia probi paſtoris officia cumulate praeſtaret, nil antiquius habuit quam impellere Populum ad cathedralem reſtaurandam, vitio vetuſtatis iam pene collapſam. Novos adminiſtros inſtituit, quibus aeque ac canonicis cenſum adauxit, mille ſcutatorum pro annuo redditu inſtituto. Eandem Eccleſiam donavit ſacrarum veſtium permagnifico cultu. Plures Synodos celebravit (*a*), pluries ipſe per ſe dioeceſim perluſtravit, certus ex Paſtoris abſentia plerumque gregis in deterius ruere mores. Apoſtolici Nuncii munere tum Venetiis (*b*), tum in Hiſpania peregregie functus eſt: inde reverſus, invigilavit gregi uſque ad annum 1616. graviterque iam ſeneſcens, a Paulo V. Pontifice miſſionem impetravit. Itaque Mediolani, quo private victurus conceſſerat, exceſſit e vita anno 1617. 3. Non. Januarii octuagenarius, cuius corpus intulere in maiorum ſepulchrum in Eccleſia Paſſionis Chriſti, procurante Ferdinando Taberna Cardinali, atque Epiſcopo Novarienſi eiuſdem nepote, qui ſumma pietate, ac religione defuncti patrui deinde cada-

ver

Digitized by Google

ver condidit in Laudenſi cathedrali, in qua adhuc vivente Ludovico, in eius memoriam ad gratae poſteritatis exemplar canonici hanc erexerunt inſcriptionem.

Ludovico Tabernae Epiſcopo,
qui Eccleſiam vetuſtate labentem,
liberali etiam civitatis contributione reſtituit
& ornavit,
ſupellectili pretioſa ad ſacrorum uſum
donavit,
novos miniſtrorum ordines inſtituit,
eorumque ac canonicales diſtributiones penſione
annua mille aureorum
a Clemente VIII. Pontif. Max.
impetrata adauxit.
Aedes Epiſcopales magnificentius extruxit,
amplificavit.
Ad ſempiternam optimi Paſtoris memoriam
canonicorum collegium perpetuis
etiam Sacrificiis conſtitutis viventi
P.
Anno CIↃ IↃ. XCVI.

Idem Canonicorum Sacer Senatus Clementi Octavo Pontifici maximo prope Ludovici ſepulchrum titulum poſuit hiſce ſub verbis.

Clementi VIII. Pont. Max.
Patri de hac Eccleſia optime merito
ob ſingularem munificentiam

Digitized by Google

ſtatis precibus, & ſacrificiis pro eius ſalute
in perpetuum decretis
Canonici ſummo omnium conſenſu
Hoc etiam grati animi monumentum
poſteris reliquere
Anno Domini M. DC. XVI.

ADDITIO.

(*a*) Unam tantum novi a. 1591. quae eodem anno Mediolani prodiit e Pacifici Pontii typographio. Interfuit tamen decanus VII. Mediolanenſi Concilio: quum VI. adeſſe a. 1582. non potuerit Legatione Hiſpanica diſtentus: quare apud Harduinum T. X. col. 1139. huic VI. Synodo ſubſcripſit *Marcus Antonius Anidanus Presbyter Cremonenſis multum illuſtris & Reverendis. Domini Ludovici Tabernae Laudenſis Epiſcopi, & Nuncii Apoſtolici ad Sereniſſimum & Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum Generalis Vicarius.*

(*b*) Quo tempore Venetiis Legatus Apoſtolicus erat, a. 1594. 24. Junii, Patriarchali eius urbis Seminario Beneficia univit S. Hermachorae de Conclis, S. Nicolai de Favengo, & S. Martini de Arſego Patavinae dioeceſis. Exſtat hujus rei inſtrumentum in Ampliſſimi Senatoris Flaminii Cornelii Eccleſiis Venetis decade VII. & VIII. *p.* 45.

LIX. FR. MICHAEL ANGELVS Seghitius ex Ordine Praedicatorum, filius Joannis Baptiſtae, natus anno 1585. cum annorum quatuordecim eſſet, Divi Dominici Inſtitutum amplexus eſt, nobilioribuſque diſciplinis operam dedit ſub Deodato Gentili praeceptore. Bononiae bonas

Digitized by Google

bonas artes professus est, inque concionibus habendis uberem fructum tulit. Laudis Pompeiae Sancti Officii Vicarius fuit, Romaeque eodem munere functus est. Sacrae Theologiae magisterio ac laurea illum exornavit Fr. Hieronymus Xaverius Ord. Praedicatorum generalis magister. A Clemente vero Octavo Cremonensis fidei Inquisitor declaratus, ac mox Mediolanensis. Paulus V. illum revocavit Romam, Sanctique Officii Commissarium fecit. Annoque 1616. 14. Kal. Junii Laudensem Episcopum illum elegit: inauguravit vero Cardinalis Joannes Gratia Mellinus in Basilica Liberiana, Vulpiano Vulpio Theatino, Alexandroque Guidiccionio Lucensi, Episcopis assistentibus 6. Kal. Junii eiusdem anni, solemni pompa inijt possessionem 12. Kal. Decembris, applaudente populo, quem suis deinde concionibus ad emendatiores mores invitabat. Vigili, diligentique cura Laudensem dioecesim perlustravit, celebrataque Synodo (*a*), nihil unquam omisit, quod gregi sibi commisso usui videretur futurum. Sancti Francisci Capucinorum Ecclesiam in castello S. Angeli consecravit anno 1618. 3. Idus Septembris, primumque lapidem fundandae Ecclesiae S. Joannis ad vineas posuit. Decessit, optimi Pastoris relicta fama, 1625. (*b*) sepultusque est in Cathedrali (*c*) cum hac inscriptione:

D. O. M.

Frater Michael Angelus Seghitius
Episcopus Laudensis
Laudae natus multorum in se laudes contraxit
doctrina, pietate, verbo inclytus,
Praedicatorum amplexus ordinem factis

probavit nomen
Cremonae, Mediolani Inquisitor solertissimus
Romanae Inquisitionis Commissarius
Generalis
Haereticorum malleus fidei.
Quem patria civem edidit, recepit patrem
optaverat olim Praesulem.
Gavisa cum habuit Episcopum experta
Pastorem optimum
vivum laeta suspexit, extinctum luget
suique amoris late monumentum ponit
An. D. M. DC. XXXVI.

ADDITIO.

(*a*) a. 1619. quae eodem anno Laude Paulli Bertoetti typis vulgata fuit.

(*b*) 9. Martii

(*c*) parentante Petro Emo Cremensi Episcopo.

LX. CLEMENS Gera Novariensis, utriusque Signaturae Referendarius, Interamnensis Episcopus, ab Urbano Octavo ad hanc Laudensem Ecclesiam translatus fuit an. 1625. die 22. m. Maij (*a*). Obijt an. 1643. (*b*) iacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Clemens Gera Patritius Novariensis
in primis Italiae Urbibus
varias egregie sustinuit provincias
a graviss. oneribus

ad

Digitized by Google

ad Episcopalem altitudinem Interamnae elatus
deinde
ad Eccles. Lauden. translatus est
in qua, ubi duo de viginti annorum cursu
numquam quiescens, sedit,
tandem anno M. D. C. XXXXIII.
Non. Kal. Decemb.
ipso die S. Clementis martyris Tutelari suo
ab insula ad coronam in coelum vocatus
aetatis suae anno LXXVI.

ADDITIO.

(*a*) Synodum Dioecesanam celebravit a. 1638. typis Caroli Calderini Laude editam, quae a Cotta in Museo Novariensi p. 98. longiore elogio exornatur.

(*b*) 23. Novembris. Biduo post funus Clementi celebratum fuit a Cremonensi Episcopo Francisco Vicecomite, orationem de defuncti Praesulis laudibus habente Joh. Baptista Scoppa Somaschae Congregationis Presbytero.

LXI. PETRVS Vidonus vetusta ac nobili familia Cremonae natus ann. 1610. die 18. Novemb. Caesarem Marchionem Sancti Joannis in cruce, & Constantiam Pesciam parentes habuit. Hieronymi Vidonis Patrui Cardinalis excitatus exemplo, ingenuis moribus, artibusque mire excultus, in ipso iuventutis flore a maximo omnis aevi memorando Pontifice Urbano Octavo ad summas administrationes, negotiaque Ecclesiastica adhibitus, primo Tiburis, Sabinae, Arimini, Urbeveteris, Spoletique urbibus praefectum, mox Flaminiae prolegatum, ac vice-

Digitized by Google

praefectum Firmi idem Pontifex elegit, deſtinavitque ad Marchiae provinciam regendam. Hiſce muneribus egregie functus, dignus habitus eſt, vix trigeſimum quartum attingens annum, ut Laudenſis Eccleſiae gubernaculis admoveretur anno 1644. 13. Julij, ultimo in Conſiſtorio, quod Urbanus in terris egit. Munus conſecrationis ſuſcepit die 9. Octobris in Eccleſia S. Andrae de Valle a Cardinali Palleoto, iam ad clavum Eccleſiae ſedente Innocentio X. Pontifice Maximo. Laudam ingreſſus eſt die 17. Januarii 1645. Cathedralem precioſis reliquiis, circumamictis variis ornamentis argenteis in capſulis eburneis exornavit, Palatium Epiſcopale ornavit, menſam Epiſcopalem aere alieno gravatam propriis ſumptibus liberam reddidit; populum vero ſibi commiſſum aſſidua vigilantia regit, ac ingens hoc infulae decus, qua par eſt maieſtate, & eximia prudentia ſuſtinet (*a*).

ADDITIO COLETI
col. 688.

Creatus deinde S. R. E. presbyter Cardinalis tituli S. Callixti hanc Eccleſiam dimiſit die 16. Junii 1669. (*b*)

ADDITIO.

(*a*) Cracoviae deinde Alexandri VII. Nuncius Apoſtolicus dum degeret apud Jo: Caſimirum Regem Synodum Laude a Coſmo Majocho Gumerio ſuo Generali Vicario celebrari a. 1657. curavit, quo etiam anno in lucem emiſſa eſt Laude typis Caroli Piti.

Romae

Digitized by Google

(*b*) Romae autem nonis Januarii a. 1681. e vita discessit. Confer de eo Oldoinum.

LXII. SERAPHINVS Corius Mediolanensis Clericus Regularis Theatinus, post obita Ordinis sui nonnulla munia, Laudensis Episcopus dictus est die 15. Julii 1669. (*a*) At biennio nondum exacto obiit anno 1671. (*b*)

ADDITIO.

(*a*) Al. XIV. Kal. Augusti
(*b*) 21. Aprilis.

LXIII. IOANNES BAPTISTA Rabius ejusdem Congregationis Sacerdos, itemque Mediolanensis cum Ordinis sui Collegiis, Ravennati, Bononiensi, Mediolanensi, Romanoque praefuisset, indeque capituli generalis Secretarii, ejusdemque diffinitoris, tum etiam Lombardiae Visitatoris muneribus fuisset defunctus tandem Laudensi ornatus est insula die 28. Septembris. Sed paullo post decessit, nondum inita Episcopatus sui possessione (*a*).

ADDITIO.

(*a*) XIV. Kal. Februarii a. 1672., ac Mediolani in Ecclesia S. Antonii Abbatis sui Ordinis tumulatus est.

LXIV. BARTHOLOMAEVS Menattus Comensis Dioecesis Presbyter, J. V. D. Venetae Apostolicae Nunciaturae Auditor, Vicarius deinde Comensis, tum Novariensis, huius denique Ecclesiae Canonicus, ad Laudensem Cathedram evectus est die 11. Septembris 1673.

Diu

Digitized by Google

Diu laudabiliter huic pascendo gregi incubuit (a) donec a. 1702. mense Martio ad superos translatus est (b).

ADDITIO.

(a) cuius rei egregium est monumentum Synodus Laudensis ab eo coacta a. 1689., atque insequente anno e Caroli Antonii Seversi Laudensis typographi praelis emissa. Neque tamen intra Ecclesiae suae fines Menatti labores stetere. Qua erat in tractandis difficillimis quibusque negociis dexteritate, ab Innocentio XI. ad gravissimas inter Sabaudiae Mantuaeque Duces, inter Masserani Principem ejusque Subditos, inter Forocornelienſem Episcopum, Urbisque illius patritios componendas controversias adhibitus primum; deinde post annum 1684 ad Helvetos, Rhetos, Socioſque & ad Constantiensem, Sedunensem, Curiensem, & Lausannensem Episcopos Nuncius Apostolicus missus est.

(b) Idibus Martiis.

LXV. HORTENSIVS Vicecomes, Nobilis Mediolanensis Vicarius generalis, & Archipresbyter patriae Metropolitanae Ecclesiae, S. Inquisitionis Consultor, & olim Vicarius Capitularis, & Canonicus praebendatus ejusdem Metropolitanae, Laudensi in sede locatur die 12. Junii 1702.

ADDITIO.

Bella quae Insubriam longe lateque vastabant, Hortensium prohibuere, quominus ad lustrandam Dioecesim adgre-

Digitized by Google

adgrederetur. Interea tamen nihil eorum omisit, quibus Ecclesiastica disciplina aut vigere aut instaurari posse videretur. Ut vero belli incendium restinctum est, Dioecesim peragrare coepit, inque Ecclesiasticorum mores diligenter inquirere, Sanctimoniales ad arctius vivendi genus adigere, Templa, araſque Sacras ex Catholicae Ecclesiae ritu consecrare, aliaque id genus praestare, quae vigilem Pastorem maxime decent. Quum autem Clementis XI. jussu qui sacris ordinibus initiandi essent, sacris B. Ignatii Lojolae exercitationibus excoli antea deberent, Episcopale Seminarium ampliore forma donatum iam necessariae suorum clericorum institutioni destinavit. Jamque novam susceperat Dioeceseos suae lustrationem, quum Mediolani, quo afflictae valetudinis causſa se se contulerat, mortem sanctissime obiit Idibus Juniis anno Jobelaei MDCCXXV. aetatis suae LXXIII. Episcopalis muneris XXIII. Delato autem, uti voluit, Laudem cadaveri tumulus datus est in principe templo.

LXVI. CAROLVS AMBROSIVS Mediobarbus e nobilissima gente Ticini ortus, ibidemque emenſo studiorum curriculo, atque in utroque jure laurea a. 1711. donatus Romam petiit, ubi a Clemente XI. inter Romanae Ecclesiae Praesules adscriptus Tudertinis primum in Vmbria, Sabinis deinde populis Praefectus juri dicundo datus est. Ita autem in hisce muneribus Pontifici maximo se se probarat, ut ab eodem Alexandrini Patriarchatus dignitate honestatus, ad ampliſſimum Sinarum Imperium Apostolicus Legatus mitteretur. Post longam moleſtamque navigationem Pekinum Sinensis Imperii principem urbem ingressus est a. 1720. mense

De-

Digitized by Google

Decembri. Quae in itinere perpeſſus ſit, quid in Sinis egerit, narratur in Diario quodam furtivis typis paucos ante annos in Italia impreſſo; in quo tamen multa ſunt quae ex alio MS. Diario quod ipſe Romae vidi in Romano Collegio, ac critices regulis refelli nullo negocio poſſent. Ut ut eſt, 4. Novembris inſequentis anni 1721. Macai Paſtoralem epiſtolam ad eius Imperii Epiſcopos, Vicarios Apoſtolicos, ac Miſſionarios dedit cum octo permiſſionibus, quas tamen Benedictus XIV. a. 1742. *numquam a Sancta Sede probatas, Apoſtolicae Clementis Papae XI. Conſtitutioni repugnare atque adverſari* definivit in Conſtitutione *Ex quo ſingulari*. Rediit inde in Italiam, ubi Clemente XI. demortuo Innocentium XIII. invenit in Apoſtolica Sede conſtitutum. Quum autem & hunc brevi mors ſubſtuliſſet, Benedictus XIII. eius Succeſſor Carolum Ambroſium ut praemium tantis laboribus largiretur XV. Kal. Auguſti a. 1725. Laudenſem Epiſcopum renunciavit. Ut autem ille Laudem pervenit, editis inſtitutionibus Clerum Populumque ſuum docere coepit. Philoſophiae praeterea ac Theologiae ut Clerici in Seminario operam darent, prudenter curavit, quin & in eo nonnullos ingenuis moribus adoleſcentes ſuis ſumptibus alebat in pietate ac litteris erudiendos. Opus etiam ſane nobiliſſimum adgreſſus eſt; Epiſcopale nempe palatium quod exiguum erat ac fere vetuſtate collapſum, non conſtruere modo coepit, ſed ad omnem magnificentiam atque ſplendorem columnis, ſtatuis, marmoribus exornare. Verum inopinata mors, qua cum veheretur per urbem, perculſus fuit 7. decembris a. 1741. aetatis ſuae LVI., tantae molis perfectionem abrupit.

Quemad-

Digitized by Google

Quemadmodum autem ille defuncto piissimo Cremonensi Episcopo Faustino Griffonio justa persolvit; ita ipsi Ludovicus Calinius tunc Cremensis Episcopus, Antiochenus nunc Patriarcha parentavit. In principe Templo conditum illius cadaver.

LXVII. Joseph Gallaratus Mediolanensis Patre Senatore, matre Josephi Cardinalis Archintii Sorore natus XXI. Martii a. 1695. ab ipsa adolescentia Ecclesiasticae militiae nomen dedit. Sacris postea ordinibus initiatus Caroli VI. Imperatoris Pii Felicis Augusti munificentiam expertus est. Nam primum quincto Eidus Sextiles a. 1725. inter Imperialis, Regii, Ducalis Sacelli S. Mariae ad Scalas Canonicus in patria urbe ab eo cooptatus fuit; deinde Kalendis Maij a. 1737. Archidiaconatus dignitate honestatus. Incredibile dictu est, quanto animarum studio semper flagrarit, sed in comparandis ad mortem Christiane obeundam reis capite damnatis summa ejus pietas prudentiaque mirum in modum enituit. Tantae virtuti latior campus patere debuerat; atque enim vero patuit. Nam Benedictus XIV. XVIII. Aprilis a. 1742. Episcopum Laudensem Gallaratum dixit, atque ipsemet eiusdem mensis die XXV. consecravit. Gallaratus Laudem ingressus omnibus omnia fieri se debere, quum ex Apostolo intellexisset, non tam dignitate quam virtutibus, & Christianae caritatis officiis praeesse coepit. Atque ad dignitatem quidem spectant funera, quae XII. Kal. Februarii a. 1743. in Mediolanensi principe Templo Carolo Cajetano Stampae Cardinalis, & deinde Ticini Francisco Pertusatio Amasiensi Archiepiscopo, ac Ticinensi Episcopo persolvit;

Digitized by Google

ſolvit; ad novas eleganteſque aedes magna pompa tranſlatum Domini Jeſu e Cruce pendentis Simulacrum miraculis longe clariſſimum; Templorum tum in Laudenſi urbe tum in agro Solemnis dedicatio; Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina a. Jobelaei 1750. viſitata; Synodus poſt luſtratam diligenter dioeceſim a. 1755. celebrata, atque inſequente anno Mediolani edita; Sacrae S Baſſiani exuviae a. 1758. recognitae; ad perficiendas Epiſcopales aedes a Mediobarbo deceſſore inchoatas largiſſimi ſumptus effuſi. Verum haec etſi magna ſunt ſummiſque laudibus concelebranda, ſi tamen cum praeclariſſimis, quae is edit in dies, virtutum omnium exemplis conferantur, memoratu vix digna videbuntur. Is eſt Gallaratus, quem ſoli oderint ſceleſtiſſimi homines peccatorum ſordibus inquinati; nam pauperes patrem, conſolatorem moerentes, vindicem oppreſſi appellitant. Quamquam & Sontes ipſi amare illum cogantur, ut eos Chriſto lucrifaciat, nullis ipſum laboribus parcere animadvertentes. Videre eſt praeterea illum matutinas, diurnaſque horas cum Canonicis ſuis in choro adſidue perſolventem; ad audiendas conciones, ſacraſque exercitationes, quibus Laudenſem populum imbui quam ſaepiſſime curat, ſua praeſentia decorandas ſemper paratum; pueros catecheſi in principe Templo inſtituentem; confeſſiones ſedulo excipientem; ſupremum ad moribundos viaticum deferentem, nulla tempeſtatum, nulla moleſtiae, nulla valetudinis ratione habita. Gratulabor itaque Laudenſibus Civibus, quod talem tantumque Antiſtitem nacti ſint, Deumque Optimum Maximum etiam atque etiam rogabo, ut eum illis, nobiſque (ſocietatis enim noſtrae ſi quis umquam amantiſſimus eſt) incolumem quamdiutiſſime ſervet. LAU-

LAUDENSIUM EPISCOPORUM

CHRONOLOGICA TABULA.

	Electus aut primum occurrens anno	se ipse intrusit anno	Abdicavit episc. anno	Alio translatus anno	Obiit anno
S. Anonymus	. . . . .				298.
S. Julianus	305.				. . .
S. Dionysius *saltem*	346.				. . .
S. Genebrardus	. . . . .				. . .
S. Bassianus	374.				409.
S. Cyriacus	. . . . .				452.
S. Titianus	. . . . .				476.
Venantius	594.				. . .
S. Desiderius	. . . . .				. . .
Donatus	479.				. . .
Hippolytus	759.				. . .
Erimpertus	827.				. . .
Raicletus	. . . . .				. . .
Eribertus	837.				. . .
Jacobus	855.				. . .
Gerardus	876.				. . .
Albertus	887.				. . .
Amajonus	892.				. . .
Hidegarius	898.				. . .
Zilius Vignatus	924.				. . .
Ogglerius	. . . . .				. . .
Ambrosius	942.				. . .
Aldegrausius	962.				. . .
Andreas	972.				. . .
Nokerius	. . . . .				. . .
Oldericus	1025.				. . .
Ambrosius Arlunus		1025.			. . .
Obizo	1065.				. . .
Fredenzonius	. . . . .				. . .
Raynaldus	1090.				. . .
Ardericus Vignatus	1003.				1027.
Allo	1128.				. . .
Vido	1130.				. . .
Joannes	1139.				1143.
Lanfrancus	1143.				1158.
Albericus	1158.				1169.
S. Albertus de Quadrellis	1168.				1173.
Albericus de Cornu	1173.				1189.
Ardericus	1189.				1217.
Jacobus de Cerreto	1217.				1217.
Ambrosius de Cornu	1218.				1218.
Otholellus	1219.				1243.
Bonjohannes Fissiraga	1252.				1289.

Fr.

Digitized by Google

	Electus aut primum occurrens anno	se ipsū intrusit anno	abdicavit Episc. anno	alio translatus anno	obiit anno
Fr. Raymundus Summaripa	1290.				1296.
Bernardus de Talente	1296.				1307.
Aegidius ab Aqua	1307.				1312.
B. Leo Palatinus	1318.				1343.
Lucas de Caſtello	1343.				1353.
Paullus de Cadamuſto	1354.				1386.
Angelus Card. de Summaripa	1386.		1388.		
Petrus Scaliger	1388.		1390.		1393.
BonifaciusButigella	1393.				1404.
Fr. Jacobus Arigonus	1407.			1418.	
Gerardus de Capitaneis	1418.			1437.	1445.
Antonius Bernerius	1437.				1456.
Carolus Pallavicinius	1456.				1497.
Octavianus Maria Stortia	1497.		1519.		1530.
Hieronymus Sanſonius	1519.				1536.
Jacobus Symoneta	1536.		1537.		1559.
Johannes Symoneta	1537.				1556.
Joh. Antonius Capiſuccus	1557.				1569.
Antonius Scarampius	1569.				1576.
Hieronymus Federicus	1576.				1579.
Ludovicus Taberna	1579.		1616.		1617.
Mich. Angelus Seghitius	1616.				1625.
Clemens Gera	1625.				1643.
Petrus Vidonus	1644.		1669.		
Seraphinus Corius	1669.				1671.
Joh Bapt. Rabius	1671.				1673.
Bartholomaeus Menattus	1673.				1702.
Hortenſius Vicecomes	1702.				1725.
Carolus Ambroſius Mediobarbus	1725.				1742.
Joſeph Gallaratius	1742.	VIVIT FELICITER.			

LAU-

Digitized by Google

LAUDENSIUM EPISCOPORUM

INDEX ALPHABETICUS.

A

ALBERICVS 192.
Albertus 104.
Aldegraufius 108.
Allo 164.
Amajonus 105.
Ambrofius 108.
Andreas 111.
S. Anonymus fub Diocletiano paſſus 84.
ab Aqua Aegidius 262.
Arigonus 214.
Arlericus Jacobus 302.
Arlunus Ambrofius 132.

B

S. BASSIANVS 90.
Bernerius Antonius 307.
Butigella Bonifacius 295.

C

DE CADAMVSTO Paullus 280.
Capiſuccus Johannes 316.
de Capitaneis Gerardus 303.
de Caſtello Lucas 279.
de Cerreto Jacobus 217.
Corius Seraphinus 329.
de Cornu Albericus 209.
. . . . . Ambrofius 217.
S. Cyriacus 93.

D

S. DESIDERIVS 97.
S. Dionyſius 85.
Donatus 97.

E

ERIBERTVS 99.
Erimpertus 98.

F

FISSIRAGA Bonjohannes 239.
Fredenzonius 254.

G

GALLERATIVS Joſeph 333.
S. Genebrardus 89.
Gerardus 100.
Geta Clemens 326.

H

HIPPOLYTVS 98.

I

IACOBVS 99.
Ildegarius 105.
Johannes 165.
S. Julianus 84.

L

LANFRANCVS 174.

M

MEDIOBARBVS Carolus Ambroſius 331.
Menattus Bartholomaeus 329.
de Merlinis Albericus 192.

N

NOKERIVS 130.

O

OBIZO 147.

Digitized by Google

Oggierius 107.
Oldericus 130.

P

de PALATINIS. B. Leo 277.
Pallavicinius Carolus 314.

Q

de QVADRELLIS S. Albertus 200.

R

RABIVS Joh. Baptista 329.
Raicletus 99.
Raynaldus 254.

S

SANSONIVS Hieronymus 316.
Scaliger Petrus 294.
Scarampius Antonius 317.
Seghitius Mich. Angelus 324.
Sforria Octavianus Maria 315.
Suffientinus Othobellus 217.
de Summaripa Card. Angelus 294.
. . . . . Fr. Raymundus 260.
Symoneta Jacobus 316.
. . . . . Johannes 316.

T

TABERNA Ludovicus 322.
de Talente Bernardus 262.
S. Titianus 94.
E Trivilio Hieronymus Fridericus 320.

V

VENANTIVS 96.
Vicecomes Hortensius 330.
Vido 264.
Vidonus Petrus 317.
Vignatus Ardericus 255.
. . . . . Zilius 206.

A. M. D. O. M. Q.

IN-

Digitized by Google

INDICULUS TOPOGRAPHICUS

Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum in monumentis, quae adferuntur nominatorum.

A

ANCONIAGA 112.
ANSERIGVM 113.
ARDERACVS, Vicus 101.
Villa AVLIRIANA 112.

B

BRVTIALENGVM, 112.
BVZENGVM 112.

C

CAMAIRAGVM 113.
CASALE LVPANI 144.
CASTENIOLE 113.
CASTERIAGA 112.
Caſtrum de CASTELLIONE 169. 237. 294.
CAVENACVM, Caſtellum 119. 169. 182.
CAVSARIVS, locus 120.
Curtis de CERRETO 180.
Terra de CERRETPLANO 107.
CERVENIANVM 183.
CISCILIANVM 112
CODOGNVM 170. 300.
COGALLVM 113.
COLBRAGA 112.
COLONIOLA 112.
COMVM 170
CORNELIANVM 186.

D

DALLEXANVM 112.
DERTHONA 101.

E

ECCLESIA
S. Baſſiani in ſuburbiis Laudenſis Urbis. 124.
S. Euphemiae 148.
S. Inventii 296.
S. Naboris 180. 300.
Omnium Sanctorum de Foſſadolto 234.
SS. Seſſini, Martini, & Alexandri de Galghegnano 309.
S. Silveſtri 180.

F

FANZAGVM 112.
FERRANVGVM 112.
FLVNPI, curtis in Laudeſana 189.
FOSSADOLTVM 234.

G

GALGAGNANVM, caſtellum 119 169 184.
GAMBIONI 113.
GVARDAIRA 185.

I

IMELEVVM 113.

L

LACVS LAMBRELLI 119.
LAVRENTIAGA 112.
Mons LOVONE 185
LVVIRAGA 169. 170.

M

MALIANVM 113.
MATVRVM 112.
Villa MELLARIA 112.
MONASTERIVM
S. Agathae de Lomello 112.
S. Baſſiani de foris 76. 229.

Digitized by Google

S. Fabiani de Farinate 204.
de Gambarana 198.
S. Marci de Laude 222. 227. 296.
S. Majoli, Ticini 296.
S. Mariae de Cerreto 164. 177. 222.
de Venetiis 177.
S. Martini 132.
S. Michaelis de Brembio 76.
S. Petri Celaurei, Ticinenſis 189.
de Clivate 301.
de Laude veteri 76. 104. 105. 106. 109 215 226.
de Praecipiano 156. 165. 198. 211. 212.
Savinionis 100. 106. 156.
S. Stephani 160.
S. Viti Laud. Dioec. 235. 237. 238.
MVLAZZANVM 112.

P

PATERNVM 112.
POLLERANVM 112.

R

RVNCVM 178. 223. 237.

S

SADRIANVM 112.
SAXAGVM 112.
SCARDEVAVIA 113.
SENEDOGVM 148.
SOLARIOLVM 112.
SVMMARIPA 169.
SVXINATE 113.

T

TAVRIANVM, Villa 129.
Terra de TVRRIGNONI 107.

V

S. VITVS 112. 144. 148.
VLVATA 1 2.
VVLTVLINA, ſeu Vallis Tellina 169. 270.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Rerum notatu digniorum.

A

ABBATES
S. Baſſiani, Stephanus de Moronis 75.
Claraevallis, Tranſmundus 213.
S. Fabiani de Farinate, Thais 204.
S. Mariae de Cerreto, Bruno 177. Matutinus 179. Thomas 177.
S. Michaelis de Brembio, Obizo 76
Omnium Sanctorum de Cremona, Inverardus 235.
S. Petri Celaurei, Anſelonus 188.
S. Petri de Clivate, Johannes 301.
S. Petri de Laude, Andreas 181. Benedictus 76. Luitprandus 112. Stephanus 109.
de Praecipiano, Oggerius 211.
Savinionis, Guido 156.
S. Stephani de Cerreto, Guido 161.
S. Viti, Andreas 236. Petrus de Baronis 236. Ruſticus 236.
ALBERTI Magdeburgenſis diploma 218.
ALEXANDRI III. litterae 175. 203 204. 212
AQVILEIENSIS Patriarcha, *V. Turrianus Raymundus*.
ARCHIEPISCOPI Mediolanenſes, *V. Mediolanenſes Archiepiſcopi*.
ARDVINI Regis diploma 118.
AVGVSTALES 45. ſeqq.

B

BASILEENSE Concilium 304.
BONIFACII IX. litterae 296.

C

CARDINALES S. R. E.
Albertus presb. Card. S. Laurentii in Lucina 207
Albornotius Aegidius Alvarus 281.
Andruinus presb. Card. S Marcelli 290.
Arditio Diac. Card. S. Theodori 208.
Aribertus Card. S. Anaſtaſiae 175.
Arnaldus Diac. Card. S. Mariae in portica 273.
Bernardus Portuenſis 207.
Bozo Presb Card S. Pudentianae 207.
Capiſuccus Joh. Antonius 317.
Cynthius Diac. Card. S. Adriani 208.
Gerardus S. Mariae trans tiberim Presb. Card. 305.
Hubaldus Oſtienſis 207.
Hugo Diac. Card. S. Euſtachii 208.
Hyacinthus Diac. Card. S. Mariae in Coſmedin 207.
Latinus Oſtienſis 242.
Neapoleo S. Adriani Diac. Card. 266.
Petrus Presb. Card S. Laurentii in Damaſo 207.
Simonetta Jacobus 316.
Vbaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Jeruſalem 207
Vidonus Petrus 327.
CARDINALES Eccleſiae Laudenſis 109.
COLLEGIVM Fabrum 24.
COMITIS titulus Laudenſibus Epiſcopis familiaris 279.
CONCILIVM
Baſileenſe. *V. Baſileenſe Concilium*.
Conſtantienſe. *V. Conſtantienſe Concilium*.
Firmanum. *V. Firmanum Concilium*.
Laudenſe *V. Laudenſes Synodi*.
Mediolanenſe a. DCCCCLXII 110 a. MCCLXXVII 241. a MCCXCI. 261.
CONSVL apud Laudenſes 22.
CONSTANTIENSE Concilium 303.
CONSTITVTIONES Latini Card. 242. Othobelli Laudenſis Epiſcopi Monachis latae 229.

D

DECEMVIRI ſtlitibus judicandis 23.
DECVRIONES 15. ORNAMENTARII 20.

E

EPISCOPI
Aquenſis, Azo 156.

Cuma-

Digitized by Google

Cumanus, Ard. 274.
Derthonenſis, Oddo 266. Petrus, ibi.
Patavinus, Paganus Turrianus 156.
Placentinus, Vicedominus 226.
Taurinenſis, Milo 211.
EPISCOPI LAVDENSIS electio 68. deducendi primo ad Eccleſiam ſuam ritus 80.
EVGENII IV. P. M. litterae 308. 312.

F

FLAMINES 15.
FIRMANVM Concilium apocryphum 204.
FLORES quotannis ad tumulum deducendi, quinam eſſent 25.
FRANCISCVS Parmenſis Archiep. Mediolan. 76.
FRIDERICI Imp. diploma 194.

G

GREGORII IX. Papae litterae 234.

H

HENRICI Regis Miſſi Laudo 151. VII. diplomata 263. 264.
HERCVLIS templum Mediolani 30.
HONORII III. Papae litterae 222. 226.

I

SS. IACOBVS, & IOHANNES Apoſtoli Laudenſibus Epiſcopis inepte adſcripti 66.
INNOCENTII IV. litterae 221 239.
VI. litterae 81. 283.
INSCRIPTIONES VETERES
Votivae
Herculi 30.
Herculi victori 30.
Meſiti 28.
Minervae 27.
Victoriae 27.
Imperatoriae
Ti. Caeſar. Aug. F. Auguſt. 22.
Imp. Caeſ. Aurel. Dioclet. 34.
Aliae
C. Caninii C. F. Pup. Rufi Surae 6.
L. Caſſii L. F. Pup. Rufi 4.
. . . . . Epytimeti 24.
Catiae M. F. Proculae 35.
C. Cornelii Cn. F. Rufi 32.
Cumae Carpii 17.
T. Didii M. F. Pup. Priſci 3.
Q. Manlii Philumeni 33.
M. Minitii M. F. Pupin. Anniani 3.
T. Mutii T F Gracilis 24.
Sex. Papinii Q. F. Allenii 22.
P. Sepulli P. F. Fab. Taciti 8.
L. Titi L. F Pupinia Macri 6.
C. Valerii C. F ouf. Brocchi 9.
L. Valerii Priſci 10.
Fragmenta
. . . . Ab largus 6.
Graecae
Κυριλλα 18.
Chriſtianae
Titiani 96.
IORDANIS Mediolan. Archiep. ſententia 70.

L

LATINI Oſtienſis Epiſcopi Conſtitutiones nunc primum editae 242.
LAVDENSES Synodi 277. 322. 325. 327. 330. 334.
LAVDENSIS Urbis origines 1. cognomen 2. tribus, cui adſcripta 3. amplitudo 12. veteres magiſtratus 15. dii 26. Sacerdotia 33 excidium 58. inſtauratio 61. Epiſcopatus 65.
LVCII III. Papae epiſtola 225.

M

MARINI Papae epiſtola ad autographum emendata 100.
MEDIOLANENSE Concilium. *V Concilium Mediolanenſe*. Municipium 19.
MEDIOLANENSES Archiepiſcopi
Franciſcus Parmenſis 76.
Galdinus 205. 212.
Jordanes 70.
Obertus 181.
Olricus 156.
Roboaldus 165. 177.
Vicecomes Robertus 282.
MORENA Otto 179.

O

OLRICI Mediol. Archiep. judicatum 156.
OTTONIS II. diploma 116. 122.

PRAE-

Digitized by Google

P

PRAEFECTI Fabrum 24.
PASCHALIS Papae epiſtola 262.

R

ROBOALDI Mediol. Archiep. Judicatum 165. 177.
ROLINDA Comitiſſa 133.

S

SEVIRI Coloniarum, & Municipiorum 37.

T

TREXENORVM Familia 80.
TRIBVS Fabia 7. Ouſentina 8. Poblilia 7. Pupinia 3.
TVRRIANVS Raymundus Patriarcha Aquilejenſis, eius litterae 242.

V

VRBANI V. Papae litterae 291.

FINIS

Ad majorem Dei O. M. Sanctiſſimae Deiparae Virginis Mariae, & S. Baſſiani Gloriam.

Digitized by Google

Die 19. Julii 1763.

IMPRIMATUR.

F. Joſ. Dominicus Caſſinoni Ord. Prædic. Sac. Theol. Magiſter, & Commiſſarius S. O. Mediol.

J. A. Viſmara pro Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Cardinali Archiepiſc.

Vidit Julius Cæſar Berſanus pro Excellentiſſimo Senatu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google